Dum myrrham & casia flebilis uxor emit:

Iam scrobe: iam lecto: iam polinctore parato:

Heredem scripsit me numa cōualuit.

In Publium.

Addat cum mihi cecubum minister

Ideo resolutior cinædo:

Quo nec filia cultior: nec uxor

Nec mater tua: nec soror recumbit:

Vis spectem potius tuas lacernas

Et citrum uetus indicosque dentes.

Addat: Publius ægre ferebat ministros pulchros inspici a Mart. conuiua: quade re
supra conquestus est in afrun: hi inquit ministri non conueniunt tuis moribus: nā
si uolueris eos adesse: necesse est inspiciantur. **V**etus citrum: id est mensam citriam.

tus mirabat quare uellet reuer
ti in patriā cum fuerit Romæ
xxxiiii. **S**itia: hispaniæ locus ē
Ptoleme⁹ scribit iuxta Alauos
nam. **B**eatum: me uideri diui
tem. **L**uxuriantur: possunt af
ferre luxum. **P**ascitur ager: ut
supra: Pascimus iugera. **P**asci
tur: sustentatur. **M**aligno:
quia emuntur ligna. **C**ontur
bator: ut dixit conturbator ap
qui multa requirit: & sollicitu
dinem & curam. Quattuor au
tūnis. i. quattuor annis.

Cvm: locus est in foelicitā
tem suam: q. scriptus hæ
res a moriente: cuius funus cu
rabatur: causam conualescēdi
dederit: nam ille liberatus est a
morbo. Papyrus adhibebat ro
go mortuo: ut arderet facili⁹
qd docuerunt ægyptii: q. papy
ro ad ignē utitur: ut scribunt
Pli. & Strabo. odores item spar
gebatur: ut myrrha: & casia: &
alia. Papini⁹: Sed quid ego ex
equias & prodiga flammis Do
na loquar: mœstoque ardentia
funera luxu. Quid cilicū flo
res quid munera graminis in
di? Polinctores: dicebantur q
curabāt funus: ut Nonius ex
Varronis & Plauti testimonio
docet. & Cassius in annalibus
polincere dixit procurare fu
nus: Numa inquit cōstituit ut
piscis qui squammosi nō essēt
ni polincerent: patrimonia ad
cōuentus publicos: & collegia
facilius emerentur: Polincto
re: uespillione. Vespillio tamē
dicitur qui effert cadauer.

Praesta: fac adesse. **H**ircosi: male olentis. **D**olor: quo afficeris dū spectat ministri.

Si romana: In imaginē Socratis: cuius grauitatē si os romanū esset: nō grācū: similē esse dicit seueritati: q̄ Iulius ruffus ī satyra scribēda utit̄. Laus ē igit̄ Iulii Ruffi: q̄ tā q̄ alter Socrates uitia carpat: cuius meminit Plinius ī epistolis. **R**omana .i. si romanus fuisset Socrates.

Quid: Noto argumento conqueritur quēdam poetam inserere carmina sua uersib⁹ ineptis quos componebat: de quo supra est conquestus in Fidentinum: sed tamen eum nō magis posse esse bonum poetā ait: q̄ posset currere si alterum pedem ligneum haberet: alterū Ladæ uelocissimi cursoris.

Quid tibi est? quid habes? **L**itigante: quia meum carmē nō conuenit tuis uersibus. **L**ada: cursor Alexandri: qui pendens tibus uestigiis uix harenam signabat. huius meminit Solin⁹ & Catullus ueronensis.

Elysiō: laudat Capitolinū scurrā: quē Galbæ antepōnit qui cæsarianis temporib⁹ floruit notus carmine Iuuenā. Si potes illa pati quæ nec farmetus iniquas Cæsaris ad mē fas: nec uilis Galba tulisset.

Suo Cæsare: Augusto: quod placet. quibus nonnulli de Tiberio sentiant.

Qua: locus est in Philenū & Gaditanum quorum alter adulterio uxoris habebat filios: alter alieno carmine sibi uendicato uolebat uideri poeta. Sit factus pater: id est habeat filios.

Municipes: Reuersurus: in patriam alloquitur populares suos & quærit: an post xxxiiii. quos in urbe conspserat uelint si in urbem accipere: & an humanitatem didicerint qua cum carerēt ipse romā uenit. **M**unicipes: populares. **T**enui: uersanti in lyrico carmine. **R**ustica: id est cōdum agitis uitā rusticanam.

Suspectus tibi me tamen recumbam

Praesta de grege sordidaque uilla

Tonsos: horridulos: rudes pusilos

Hircosi mihi filios subulci.

Perdet te pudor hic: habere publi

Mores non potes hos: & hos ministros:

De Figura Socratis.

Si romana forent hæc Socratis ora fuissent:

Iulius in satyris qualia ruffus habet.

In Commiscentem uersus operi. M:

Quid stulte nostris uersibus tuos misces?

Cum litigante quid tibi miser libro?

Quid congregare cum leonibus uulpes

Aquilisque similes facere noctuas quæris?

Habeas licebit alterum pede ladæ:

Inepte frustra crure ligneo cures.

De Capitolino.

Elysiō redeat si forte remissus ab agro:

Ille suo foelix cæsare galba uetus:

Qui capitolinum pariter galbamque iocantes:

Audierit dicet rustico galba tace.

De Phileo.

Qua factus ratione sit requiris

Qui nunquam futuit pater philenus:

Gaditanus auite dicat istud

Qui scribit nihil: & tamen poeta est:

Ad Bilbilatonos agros.

Municipes augusta mihi quos bilbilis agri:

Monte creat rapidis quos salo cingit aquis

Ecquid lata iuuat uestri uos gloria uatis?

Nam decus & nomē famaue uestra sumus.

Nec sua plus debet tenui uerona catullo:

Meque uelit dici non minus illa suum:

Quattuor accessit trigesima messibus æstas:

Vt sine me cereri rustica liba datis.

Mœnia dū colimus dominæ pulcherrima romæ:
Mutauere meas itala regna comas.
Excipitis reducem placida si mente uenimus:
Aspera si geritis corda: redire licet.

Ad Librum:

In nostro comes: i libelle flauo
Longum per mare sed fauentis unda:
Et cursu facili tuisque uentis.
Hispanæ pete taraconis arces.
Illinc te rota tollet: & citatus
Altam bilbilin & tuum salonem
Quinto forsitan effedo uidebis:
Quid mandem tibi quaris: ut sodales
Paucos & ueteres: et ante brumas
Triginta mihi quattuorque uisas
Ipsa protinus a uia salutes.
Et nostrum admoneas subinde flauum
Iucundos mihi nec laboriosos
Secessus spatium paret salubri:
Qui pigrum faciant tuum parentem
Hæc sunt iam tumidus uocat magister
Castigatque moras: et aura portum
Laxauit melior: uale libelle
Nauem: scis puto: non moratur unus.

Epigrammaton Val. Martialis Liber: xi.

Vo tu quo liber
ociose tendis
Cultus syndonē non
quotidianā:
Nunquid parthenium
uidere tentas?
Vadas & redeas
irreuolutus:

Libros non legit ille sed libellos.
Nec musis uacat: aut suis uacaret.
Et qui te satis extimas beatum
Contingunt tibi si manus minores.
Vicini pete porticum quirini:
Turbam non habet ociosiore

In nostro: Dat libellū Fla-
uo amico eunti ī patriā:
& mādat ut ueteres sodales sa-
lutet: & sibi agrū paret ad ociū
Taraconis: Taraco nobile
oppidum sine portu: & nobile
uino. Quinto effedo. i. quin-
ta māsiōne. Tuum parentē:
idest me qui te edidi. Nam ti-
midus: similis loc⁹ est apud Iu-
uenalem. Umbritii: dum a mu-
lione uocaret. Laxauit: aperu-
it emissis multis nauibus. Non
morat⁹ unus. i. oēs adfunt præ-
ter te. Vel non moraturun⁹. i.
uni⁹ expectatio non solet reti-
nere nauim: quin discedat.

Vo quo liber ocio
se tendis: Exiturū
undecimū librū al-
loquit⁹: quasi pperā
tē in palatia: quo ui-
uo Domitiano solebat mitti:
præfecto cubiculi Parthenio:
qui poetæ carmina īperatori
reddebat: eūq; monet ut poti⁹
ad turbam ociosam se cōferat
occupato Parthenio supplicū
libellis. Ociose: ocii idigens.
Syndonē nō quotidianā: sed
festa. Irreuolut⁹: nō lect⁹: Nō
enī legeris. Vacat: īpartit⁹ ociū.
Parthenius enim doctus erat:
ut supra: Nā quis ab aonio lar-
gius amne bibit? Manus mi-
nores. i. satis sit tibi si legeris a
minoribus Parthenio. Porti-
cus quirini: habebat enī iuxta
porticū quirini: Quod supra
dixit: Vicinosq; tibi sancte qui-
rine lares: Eo loco conuēiebāt
homines negociorum compo-
nendorum causa: & nonnunq;
agebantur illic sponsalia. Ut Iu-
uenalis indicat: officium cras
primo sole mihi peragendum
in ualle quirini tamen sequit⁹:
Nubit amicus.

Pompeius: porticus pompeiana: porticus europæ: & porticus argonautarum in capite mar-
tio. supra: Hinc si recessit porticum terit templi: An spatia carpit lentus argonautarum An deli-
catae sole rursus europæ. **P**uella agenoris: porticus europæ. **D**ominus primæ carinæ. i.
Iason. **L**euis: alludit ad argo: quæ dicta est a celeritate. **S**ponsio: sponsionem appellat depo-
sitionem pugnarum. Vter esset futurus victor: An incitatus: an Scorpius: nam hi duo aurigæ omnium
sermone celebrantur: sunt qui hoc ad sponsalia referant: sed non placet.

Triste: Dimittit omnem frons
ris seueritatem: caturus car-
men saturnaliū veteri licetia:
principe Nerua. **D**ux: Catonis
stoici. **O** filia. i. o celsura. **O** fa-
stus personati. i. o uos qui erigitis
supercilium & frontem tanquam
personam: & laruam seueram
sumitis. quum alia frons leuis
& mollis subit.

Lectores: Santra poeta fu-
it: qui grauitate celsoria
carmen scripsit: duris numeris
lepore nullo complexus philo-
sophorum dogmata: quorum etiam
imagines coluit. **E**discite: man-
date memoriam. **N**ihil mihi
uobiscum est: nolo uos lecto-
res.

Non: Auaritiam suorum
temporum notat: ait. n.
se posse scribere grande carmen
si fata dedissent alterum Mece-
natem: quem admodum Nerua al-
terum Augustum concesserunt. **P**y-
pleis: dicitur musa: nam pyeria:
olympus: lebetrum: pypla: loca
Thraciæ sunt: quorum incolæ mi-
grarunt in Parnassum: & hisdem
nomibus loca dicarunt. auctor est
Strabo: Eadem dicitur pyplea. Pa-
pinus: Licet enthea uates exu-
peret pyplea sitim. **U**rbana
ocia: idest homines urbani in
otio. **T**erit: usu & lectione con-
sumit. Geticis pruinis: nam illic
in expeditione erat Traianus. Bri-
tannia albiū dicebatur ab albis
montibus: hoc nomen sibi usurpauit: cum reliquæ insulæ uicinæ britanniæ dicerentur: ut Plinius
dicit formæ triangularis ex dimensione Diodoro. Domitorum non senserunt: nec Bacchum: nec Her-
culem: neque ullum ante Cæsarem. Nescit ista: quia nihil pecuniæ mittunt. Augustum: idest
Neruum alterum Augustum.

Sacra: Optat felicitatem Neruæ & perpetuum imperium una cum senatu: primum
rogat Vestam: cuius sacra ex Troia allata fuerunt ab Aenea: unde ignis uestalis dicitur troi-
cus a Papinio Silio: Et uos uirginea lucentes semper in ara: Laomedontæ troiana alta
ria flammæ. **H**eros Troiæ: idest Aeneas.

Pompeius: uel agenoris puella:
Vel primæ dominus leuis carinæ:
Sunt illic duo tresue: qui reuoluant
Nostrarum tineas ineptiarum.
Sed cum sponsio fabulaque lassæ
De scorpo fuerint & incitato.

Ad Lectores.

Triste supercilium durique seuera catonis
Frons & aratoris filia fabritii:
Et personati fastus & regula morum
Quicquid & in tenebris non sumus ite foras.
Clamant ecce mei io saturnalia uersus:
Et licet & sub te præside nerua licet.

Ad Lectores.

Lectores tetrici salebrosum ediscite sanctam:
Nil mihi uobiscum est: iste liber meus est.

De suis libellis.

Non urbana mea tantum pipleide gaudent
Ocia: nec uacuis auribus ista damus.
Sed meus in geticis ad martia signa pruinis:
A rigido teritur centurione liber.
Dicitur & nostros cantare britanniæ uersus:
Quid prodest: nescit sacculus ista meus.
At quam uicturas poteramus pangere chartas:
Quantaque pieria prælia flare tuba.
Cum pia reddiderint augustum numina terris:
Et mecenatem si mihi roma daret.

Precatur Deos pro Nerua traiano.

Sacra laresque phrygum quos troiæ maluit hæres:

Auro æterno. i. æterna auri imagine. **S**oror: O Iuno. **F**ilia: o Minerva. **T**ota: quia ex solo capite eius nata est. **T**ertia nomina fastis purpureis: uel quia tribus annis regnauerit: quod non placet: Vel ad tria nomina Iani alludit: qui Ianus Patulcius: & Clusius dicebatur: ut Ouidius ostendit magis placet distinguas: ut de consulatibus Neruæ intelligas: qui tertium iam gerebat consulatum: quemadmodum Domitianus septimum consulatum gessit.

Quam rapere arsuras laomedontis opes.
Scriptus es æterno nunc primum iuppiter auro:
Et soror & summi filia tota patris.
Et qui purpureis iam tertia nomina fastis:
Iane refers: neruæ uos precor ore pio.
Hunc oēs seruate ducem: seruate senatum:
Moribus hic uiuat principis ille suis.

In Laudem Neruæ traiani.

Tanta tibi est recti reuerentia cæsar et æqui:
Quanta numæ fuerat: sed numa pauper erat:
Ardua res hæc est: opibus non tradere mores:
Et cum tot crescos uiceris esse numam.
Si redeant ueteres: ingentia nomina: patres:
Elysiū liceat si uacuare nemus.
Te uolet inuictus pro libertate camillus:
Aurum fabricius te tribuente uolet.
Te duce gaudebit brutus tibi sylla cruentus.
Imperium tradet cum positurus eris.
Et te priuato cum cæsare magnus amabit:
Donabit totas & tibi crassus opes.
Ipse quoque infernis reuocatus ditis ab umbris
Si cato reddatur: cæsarianus erit.

Ad Romam & Dindimum.

Vinctis falciferi senis diebus
Regnator quibus imperat fritillus
Versu ludere non laborioso
Permittis: puto pileata roma
Risisti: licet ergo nec uetamur

parthos ut conueniat cum Cæsare & Pompeio. **C**ato perpetuus hostis Cæsaris: Cato uticensis: ut Cæsar scribit in commentariis. Erit Cæsarianus: id est cæsaris nostri studiosus: ut Iulium Cæsarem odio habuit.

Vinctis. Saturnalitiū. potum exercet: Iussurus lasciuum carmen. **O** Roma pileata: nam serui in saturnalibus pilea sumebant libertatem agentes quinque diebus. **P**ileata: libera. **V**ersu non laborioso: sed facili & lasciuo. **D**iebus unctis: rettulit ad commensationes & ebrietatē eorū dieꝝ. **S**enis falciferi: saturni q̄ habet falcē. **F**ritillus: ludus alca. **R**egnator: quia ipse exercet. **F**ritillus: alueus: firmū idē significat: ut Porphyrio interpretat.

Tanta. Neruæ antiquis nominibus morū sanctimonia anteponit. **O** Cæsar: Nerua. **S**ed Numa pauper erat: propterea minus in eo mirandum est quod coluerit rectum. **N**on tradere. i. magnæ continentiæ est inter diuitias. **C**rescos: diuites. **N**umam. i. eē conditionis Numæ & animi. **I**ngentia numina. i. qui sunt in magna admiratione. **V**acuare. i. educere umbras ab elysiis. **C**amillus qui urbem defendit a gallis ab exilio reuocatus quo fuerat missus: apprehensus duabus portis æneis ut scribit Plutar. eius domi ex præda ueictana: nostri exilium illud ascribunt prædæ malæ diuisæ. **I**s secundus Romulus est appellatus: quod ut ille condiderit: ita hic seruauerit urbem. **F**abricius: missum auri a Pyrrho repudiavit: immortali animi continentia. **B**rutus: qui reges eiecit. **G**audebit: patiet te esse imperatorem: quod non passus est sub Tarquinio. **S**ylla cruciatus: nam in bello supra. c. milia hominum deleuit auctore Appiano: nona quæstris dignitatis. ii. milia & sexcentos dictaturam deposuit sponte quæ in eo erat imperium: **C**orn. Isaurico & Claudio pulchro cons. secessitque Puteolos ad ocium. **C**rassus qui iuit in

Curæ pallētes: quibus hoīes pallēt. **M**orosa: difficili. **N**olumus cogitare: an sit ben-
dictū. **I**midios: quia q̄ nolebāt iocari nō poscebāt plenos triētes: sed dimidios: ut diuti-
us eēt i iocis. **P**ythagoras marit⁹ fuit Neronis: nā ei ex grege cōraminatorū nupsit Ne-
ro: ut Tacitus scripsit: iusto ritu nuptiarū celebrato. eūdē Tranquillius appellat Doripho-
rū. Polyclet⁹ sityoni⁹ Doriphoræ ære expressit uirilē puerū. Doriphori aut dicebant q̄ ha-
stas gestabāt. **XV**. poetæ. i. multa poemata cū caluero mero. **C**atulliana: multa quod po-
poscit Catullus: Da mihi basia
mille: deinde. C. deinde. iiii. al-
tera: da secūda cētum. **D**ona-
bo passerē. i. scribā carmē i lau-
dē tuā quale scripsit Catullus:
q̄d passer i scribit i amicæ cōso-
lationē quæ passerē amiserat:
tāto est maior passere Catulli:
q̄to etiam opus Stellæ de colū-
ba Violatillæ amicæ: quod co-
lumba inscribit.

Iam certe: In Paulā mœ-
cham: de qua supra: Co-
mœdi tres sunt: Sed amat tua
Paula Iuperce Quattuor. hæc
tēporibus Domitiani maritū
fallebat excusatione speciosa
quotiens ad adulterium se con-
ferebat: nam modo dicebat se
uelle ire in albanū iussu Cæsa-
ris: qui illic quinq̄tria celebra-
bat: modo circeios nunc mor-
tuo Domitiāo & sublata oī ex-
cusatione simplicif uiro fates-
bat se uelle ire ad adulterium.

Stupido: hebeti i prudenti.

Iam strophæ: talis abit strophæ
significat dolosam excusatio-
nē. supra: Nihil stropharū esse
iam salariū dandum est. Pli. hic
ego aliquā stropham inueniā.

Abit: sublata est. **L**icet tibi
esse penelope. i. debes seruare
pudiciā. Scabies: prurit⁹ tuæ
libidinis. **I**ngenium uetus. i. i
ueterata natura: ergo tuo inge-
nio es mœcha & non iussu im-
peratoris.

Ingeniosa: quæ solebat uti strophæ. **H**ictericam: Hictericus morbus est
quem Celsus arcuatum uocat siue regium. Regium autem ut ipse interpretatur: quoniā
luxurioso cubiculi apparatus: & regiæ magnificentiæ aspectu curatur. **L**acu sinuessæ-
no: Sinuessana balnea: quibus Narcissus libertus Claudii morbo leuatus ē: ut scribit Ta-
citus. multis morbis medebantur: ut auctor est Strabo.

Lassa: Odorem basiorum pueri odoramentis omnib⁹ anteponit. Balsamum iudeæ
peculiare est: omniūq̄ unguentorum odorem superat. Opobalsamum succus bal-
sami eximie suauitatis: qui tam tenui gutta colligit: ut Alex. illic res gerēte toto die uix
concha impleretur. Opobalsama: unguenta suauissima. **E**xterni: nā mitylenæi pueri

Pallentes procul hinc abite curæ
Quicquid uenerit obuium loquamur.
Morosa sine cogitatione
Misce dimidios puer trientes.
Quales pythagoras dabat neroni
Misce dindime: sed frequentiores.
Possum nil ego sobrius: bibenti
Succurrunt mihi quindecim poetæ.
Da nunc basia: sed catulliana:
Quæ si tot fuerint: quod ille dixit
Donabo tibi passerem catulli.

In Paulam.

Iam certe stupido non dices paula marito:
Ad mœcum quotiens longius ire uoles.
Cæsar in albanum iussit me mane uenire:
Cæsar circeos: iam strophæ talis abit.
Penelope licet esse tibi sub principe nerua:
Sed prohibet scabies ingeniumque uetus.
Infelix quid ages: agram simulabis amicam:
Hærebit domina: uir comes ipse suæ.
Ibit & ad fratrem tecum matrēque patremque:
Quas igitur fraudes ingeniosa paras?
Dicet & hictericam se forsitan altera mœcha:
In sinuessano uelle sedere lacu.
Quanto tu melius: quotiens placet ire fututū:
Quam uerum mauiis dicere paula uiro.

De Basii sui pueri.

Lassa quod externi spirant opobalsama drauci:

& ex toto oriente petiti in precio erant: & ipsa unguenta fuerunt externa Exoticaque dicebant: ut e Iulii Caesaris & Licinii crassi edicto apparet: qui unguenta exotica uendi prohibuerunt. **Lassa:** uel attritu: nam unguenta attritu fragrant: quod placet: uel lapsa per labentia nam opobalsama labuntur. **Crocus:** ad coricum omnia superat: secundum cilicum: tertium centuripinum siciliae: quartum phlegraeum. **Capsa hyberna:** quae hyeme asseruantur. **Præla:** ioculi erant quibus compressæ uestes continebantur: supra eodem uerbo usus est:

Ultima coricio quæ cadit aura croco
Poma quod hyberna maturescunt capsas
Arbore quod uerna luxuriosus ager.
De palatinis dominae quod serica prælis:
Succina uirginea quod regelata manu.
Amphora quod nigri: sed longe fracta falerni:
Quod qui sicaniæ detinet hortus apes:
Quod cosmi redolent alabastra focique deorum:
Quod modo diuitibus lapsa corona comis.
Singula quid dicam: non sunt satis omnia misce:
Hoc fragrant pueri basia mane mei.
Scire cupis nomen: nil præter basia dicam
Iuro tibi nimium scire sabine cupis:

De Statua Memoris.

Clarus fronde iouis romani fama cothurni
Spirat apellea redditus arte memor.
De Turno.

Contulit ad satyras ingentia pectora turnus:
Cur non ad memoris carmina: frater erat.
Ad Puerum suum.

Tolle puer calices: tepidique toreumata nili:
Et mihi secura pocula trade manu.
Trita patrum labris & tonso pura ministro
Antiquus mensis restituatur honor.
Te potare decet gemma. qui mentora frangis

ma romani cothurni. i. carnis heroici: quod carmen surgit in magnificentia tragicam. Vnde Ilias Homeri tragœdia dicta est ut Eustachius scribit: ob magnitudinem & cædes. **Frater erat:** laudatur pietas Turni: qui uoluit scribere satyram & abstinere carmine heroico: cum posset eo esse clarus: ne scilicet fratri Memori æmulus uideretur: qui carmen heroicum scribebat: ut legas per interrogatorem & respondeas. **Frater erat. i. ne æmulus uideret frater.**

Tolle. Sardanapallum non sine felle deridet: qui ex gemmatis & aureis poculis scaphium urinarum conflauerat amicæ: dignus inquit est qui bibat gemmis. **In scaphio gemmato:** nam potabit lotium. **Tepidi nili. i. uasa chrySTALLINA:** quæ ex ægypto afferentur. **infra:** Cum tibi niliacus portet crystallata cataplasma. **Toreumata:** uasa. **Secura manu:** quia non timebis ne fragrantur. **Labris maior. i. usu.** **Antiquus honor:** fictiliū uasorum. **Dignus es:** potare illo uase: quia potabis lotium.

In numeris pellucet præla lacernis. **Serica:** uestes sericeæ: nam sericeis utebantur mulieres: quæ nascebantur in arboribus feruntur. **Regelata:** concalescunt: nam fragrant. supra: Quæ nec pestis regelare: & Columella eodem utitur uerbo. **Opes sicaniæ. i. mella hyblea.** **Alabastra:** pixides unguentariæ. **Alabastrites genus marmoris plucidi:** ut Plinius scribit: **Alabastrum ampulla unguentariæ:** quemadmodum onyx dures marmor & onyx: ampulla marmorea. **Comis diuitibus unguentatis.** **Oia misce:** quæ odorem mittunt: non solum singula superat odor basiorum: sed etiam omnia simul si propter basia uis scire nomen. **Nimium:** alludit ad illud: quoniam non tantum uis scire: ut basia carpas sed etiam ut abutaris.

Clarus: Memor & Turnus poetae fuerunt & fratres quoque: meminit Sydonius: aliter scripsit tragœdiam uel quod magis placet heroicum carmen: alter satyram. laudantur ergo imagines utriusque pictæ in eadem tabella. **Appellæa arte:** excellentissimi pictoris. **Fronda iouis corona querna:** quæ coronabantur poetæ heroici. **Romani cothurni. i. tragœdiæ** quod non placet: uel fa-

Vs: In obscuros natales zoili seruilis conditionis olim ius trium natog: petebat: cū ipsius parentes essent ignoti.

Quisquis: Epitaphium est Paridis pantomimi: qui in aula Domitiani gratiofus erat: eius amore captam Domitiā uxore Domitianus repudiavit eiusque discipulū quoniam per similes magistro uidebatur necavit. ¶ Terris flāminiā: idest quisquis ambulat per flāminiā uia. Ioci nili: idest ægyptii. ¶ Decus: dum uixit. ¶ Dolor: mortuus.

Hæredes: In breuem colonum male colētem agrū: monet hæredes ne eum mortuum sepeliant: quoniam cum terra sepulta sit optanda leuis ipsi grauis est. quippe cuius cultum omnino aspernat⁹ ē. Grauis: molesta: non potest ferre terram.

Sunt: Cantaturus saturnalium carmen p̄fitec se cecinisse: quæ possint legi a pudicis: sed post hac lufurum licentia saturnalia: monet tñ Apollinarem censorem: ne putet eosdem mores iesse poetæ: qui uidebuntur in carminibus cum fateatur nullos iesse mores carmini suo. ¶ Sunt mihi chartæ. i. iam edidi carmina.

¶ Cosmiano: ungueto ¶ Illam parentem: matrem mentulam. ¶ Saturnalios: datos saturnalibus.

Qui grauis: Eodem argumto monet lectorem grauem: ut nunc discedat. ¶ Quo libet: quocunq; uis. ¶ Togæ urbanæ: leuiores personis: nã togati sequebantur diuites. ¶ Lampatio: lampfacus olim Pithiussa dicebatur: non procula priapi oppido: cuius regionem cōsuetudo Aduastiā appellauit: & eodem nomine Homerus: In eo tractu erant uites magna fertilitate: qua de causa illic colebatur a comitibus Bacchi sacra: & Priapus. Item Horneus suum illic cultū habebat. ¶ Vñ uersus lampatius dicitur qualis Priapus colitur: dicimus & lampacenum. ¶ Tartessiaca: hispana: Nam hispana lasciuias sonorum & tympanis reliquas antecellebat. supra.

In schaphium mœchæ sardanapallæ tuæ.

¶ In Zoilum.

Cus tibi natorum uel septem zoile detur:

Dum matrem nemo det tibi: nemo patrem.

¶ Epi. Paridis:

Quisquis flammineam teris uiator:

Noli nobile præterire marmor

Urbis delitiæ salesque nili.

Ars & gratia: lusus & uoluptas

Romani decus & dolor theatri:

Atque omnes ueneres cupidinesque

Hoc sunt condita quo paris sepulchro.

¶ De Colono:

Hæredes nolite breuem sepelire colonum:

Nam terra est illi quantulacunque grauis:

De libro suo.

Sunt chartæ mihi quas catonis uxor:

Et quas horribiles legant sabina:

Hic totus uolo rideat libellus.

Et sit nequior omnibus libellis.

Qui uino madeat: nec erubescat:

Pingui sordidus esse cosmiano.

Ludat cum pueris: amet puellas.

Nec per circuitus loquatur illam

Ex qua nascimur omnium parentem

Quam sanctus numa mentulam uocabat:

Versus hoc tamen esse tu memento.

Saturnalios apollinaris:

Mores non habet meus libellus.

¶ Ad Lectores.

Qui grauis es nimium potes hinc iam lector abire:

Quo libet: urbana scripsimus ista togæ

Nam mea lampatio lasciuit pagina uersus:

Et tartesiaca concrepat ara manu.

Edere lasciuos ab bætica crumata gestus. Licet sis patatina: licet sis pudica: quales fue-
runt patavinæ: quarum pudorem testatur Pli. in epistola: cū scribit de muliere pudica: eā
patavinis quoq; mulieribus frugalitatis exemplū esse posse. Lucretia: pudica puella.

O quotiens rigida pullabis pallia uena:
Sis grauior curio fabricioque licet.
Tu quoque nequitas nostri lususque libelli
Vda puella leges: sis patauina licet.
Erubuit posuitque meum lucretia librum
Sed coram bruto: brute recede: leget.

Ad Sabinum.

Non omnis nostri nocturna est pagina libri:
Inuenies et quod mane sabine legas.

In Lupum.

Donasti lupe rus sub urbe nobis:
Sed rus est mihi maius in fenestra:
Rus hoc dicere rus potes uocare?
In quo ruta facit nemus dianæ
Argutæ tegit ala quod cicadæ:
Quod formica die comedit uno:
Clausa cui folium rosæ corona est:
In quo non magis inuenitur herba
Quam costi folium: piper ue crudum:
In quo nec cucumis iacere rectus
Nec serpens habitare tota possit.
Erucam male pascit hortus unam.
Consumpto moritur culex salicto.
Et talpa est mihi fossor atque arator:
Non boletus hiare non mariscæ
Ridere: aut uiolæ patere possunt.
Fines mus populatur & colono
Tanquam lus calidonijs timetur:
Et sublata uolantis ungue prognes
In nido seges est hirundinino:
Et cum stet sine falce mentulaque
Non est dimido locus priapo.
Vix implet cocleam peracta messis:
Et mustum nuce condimus picata:
Errasti lupe littera sed una.
Nam quo tempore prædium dedisti:
Mallet tu mihi prandium dedisses.

Ad Lectorem grauem.

Caesaris augusti lasciuos liuide uersus

Non: Dicit se edisse car-
mina: non mō quæ legē-
da sint noctu: sed etiam die. su-
pra: Tunc admitte iocos gres-
su metire licēti: Ad matutinū
nostra thalia louem.

Donasti: locatur cū Lupo
amico: qui exiguum præ-
dium donauerat: a quo mallet
accepisse prandium. Maius ī
fenestra: nā plebs urbana in fe-
nestris hortulos hēbat: qđ Pli.
his uerbis testatur. lam quoq;
in fenestris suis plebs urbana
imagine hortorū quotidiana
oculis rura præbebāt. Costi:
quod nascitur in India. nam co-
stū radix ē eximii odoris: fodi-
turq; in petale insula Gangeti.

Piper crudum acre: Vel piper
crudū. i. pedes de ipa arbore &
nōdū torrefactū: primū appel-
lat longū: alteq; albū: tertiū nī-
grū. Eruca: qua caules edunt.

Culex: qui aliē salicetis. Tal-
pa: fodit hortos: & facit cuni-
niculū. Est tota: collocatur: &
consumitur in nido. Coclea:
genus mensuræ exiguæ quæ
tota uix opobalsamo impleba-
tur: ut scribit Plinius indicans
esse mensurā. Nuce picata: al-
ludit ad uas picatum: Nā Cato
docuit esse uasa picanda.

Caesaris Augusti: Totū
est idem epigramma: sed
duo tantum primi uersus: &
duo ultimi sunt Martialis: sex
inserti Octauii Augusti. Au-
gustus libellum epigrammatō
edidit: quæ balnei tēpore me-
ditabatur: ex eo hoc recitatur
epigramma a Martiale: ut ostē-
dat lasciuam carminis impera-
tori quoq;. Augusto placuisse
in epigrammate. Post primam
simultatem cum Antonio cū
utriusq; milites poscerent: ut
necessitudine aliqua cōiūgeret

actum est ut Augustus duceret Claudiam filiam Fulviae uxoris Antonii: quam susceperat ex P. Clodio priore uiro: eam intactam reliquit: orta similitate inter ipsum & Fulviam socrum: Similitatis causa non exponitur a Tranquillo: docet Augustus hoc epigrammate: ait enim Fulviam socrum poposcisse ab eo coitum in ultione Antonii coniugis: quae mimmam cytheridem amabat: sed se id recusasse quonia anus erat. **L**atina: nuda & aperta.

Glaphyram. i. mimmam cytheridem. **N**am Glaphyrus nomen est cytharocedi apud Iuuenalem. de quo: Cytharocedus echion: aut Glaphyrus fiat patet: & apud Mart. Plaudere nec cano plaudere nec Glaphyro. aperte igitur mimmam cytheridem appellat Glaphyram quam Antonium perdit amasse Plutarchus & Plinius testantur & C. adeo ut iunctoris currui leonibus eam per Italia circumtulit: fecit demum diuortium nihilque ut Cice. scribit egit honestius in uita Antonii quam cum mimma fecit diuortium.

Fulvia: socrus mea. Signa canant. i. pugnemus. Absoluis uersus. M. uerba sunt in uersus Augusti.

Quæris: Notantur mulieres a Iuuenale: quae litterarum celsura usque eo processerint: ut et doctissimos rhetoras in contumeliam uocaret: ut Iuue. Celso dictare paratae. Galla eo genere erat quam poeta deridet: ait enim se eam nolle ducere uxorem: quonia eius mentula faciat saepe solœcismum: quem ipsa diserta castigaret: hoc est non legitime semper coit: alludit ad litteras & ad coitum illegitimum.

L Lydia: Lassus homines fessi dicuntur: lassae item res dicuntur attritae: in Lydiam est epigramma: cuius lassitatem & deridet & detestatur ea offensus proximo coitu. **E**quitis aheni: alii referunt ad militem armatum quod non placet: alii quod sentio ad instrumentum illud quo uas in igne sustentat. Nam eques non modo apud antiquos sessorum sed & equum significabat: cuius uice fungi uideatur tripos: cum sustineat ahenum. **L** Lydia. i. femur Lydiae. **T**rochus: significat rotam in cuius similitudinem factum ferrum nunc admittit pilas ligneas. de ea rota loquitur. **C**eler: quia celeritate uertitur: ut in disticho: Iste trochus pueris at mihi cantus erit. **P**etaurus: dicebatur qui corpus emittebat per circulos. Idem petaurista appellatur a petane quod significat uolo: auctor est & Marcellus: Firmus in astronomico. **P**etauro transmissio. i. dum petaurus transmittit corpus. **C**rassa aqua: cenosa. **N**oto pompeiano: non dicas quae amplius non sunt utilia theatro pompeiano: quae uelis tegebatur: nam uela dicuntur negata uentis: quando non surgentia in altum eos excipiunt sed iacent: quemadmodum tegentia theatrum. eodem epitheto usus est supra: Et rapiant celeres uela negata noti. **A**rmilla: sinistrarum ornamentum. **D**elphitico: quales delphi mittunt. **L**euconicum: genus lanarum: quo culcitrae farciebantur. **B**raccha: erat genus uestis: quam Britanni utebantur: auctor est

Sex lege: qui tristis uerba latina legis.

Quod futuit glaphyram antonii: hanc mihi poenam Fulvia constituit: se quoque uti futuam.

Fulviam ego ut futuam: quid si me manius oret: Paedem: faciam: non puto si sapiam.

Aut futue aut pugnemus ait: quod quod mihi uita:

Carior est ipsa mentula: signa canant.

Absoluis lepidos nimirum auguste libellos:

Qui scis: romana simplicitate loqui.

In Galliam.

Quæris cur nolim te ducere galla: diserta es:

Sæpe solœcismum mentula nostra facit.

In Lydiam.

L Lydia tam laxa est equitis quam culus aheni:

Quam celer arguto qui sonat ære trochus.

Quam rota transmissio: toties impacta petauro

Quam uetus a crassa calceus udus aqua.

Quam quæ rara uagos expectant retia turdos:

Quam pompeiano uela negata noto.

Quam quæ delphitico lapsa est armilla cinædo:

Culcitra leuconio quam uiduata suo.

Quam ueteres bracchæ britonis pauperis: & quam

Turpe rauennatis guttur onocrotali.
Hanc in piscina dicor futuisse marina:
Nescio: piscinam me futuisse puto.

In Pædiconem masturbantem.

Mollia quod niuei duro teris ore galesi
Basia: quod nudo cum ganymede iaces:
Quis negat hoc nimiū: sed sit satis: iugina saltē
Parce fututrici sollicitare manu.
Leuibus in pueris plus hæc: quā mētula peccat:
Et faciunt digiti præcipitantque uirum.
Inde tragus celeresque pili mirandaque matri
Barba: nec in clara balnea luce placent:
Diuisit natura mares: pars una puellis:
Vna uiris genita est: utere parte tua.

In Syllam.

Nubere sylla mihi nulla non lege parata est:
Sed syllam nulla ducere lege uolo.
Cum tamen instaret: decies mihi dotis ī auro:
Sponsa dabis dixi. quid minus esse potest?
Nec futuam quamuis prima te nocte maritus:
Communis tecū nec mihi lectus erit.
Coplectarque meam: nec tu prohibebis amicā:
Ancillam mittes sed mihi iussa tuam.
Te spectante dabis nobis lasciuia minister
Basia: siue meus siue erit ille tuus.
Ad cœnam uenies: sed sic diuisa recumbes:
Ut non tangantur pallia nostra tuis.
Oscula rara dabis nobis: & non dabis ultro:
Nec quasi nupta dabis sed quasi mater anus.
Si potes ista pati si nil perferre recusas:
Inuenies qui te ducere sylla uelit.

Ad Labullum.

Dum te prosequor & domum reduco:
Aurem dum tibi præsto garrientis:
Et quicquid loqueris facisque laudo.
Quot uersus poterant labulle nasci.
Hoc damnum tibi non uidetur esse.
Si quod roma legit: requirit hospes
Non deridet eques: tenet senator.
Laudat causidicus: poeta carpit.
Propter te perit: hoc labulle uerum est

Diodorus **O**nocrotall⁹: auis
simillima cygno: a quo non di
stingeretur: nisi eis faucibus ī
esset alterius uentris similitu
do. quicquid enim comedit in
fauces congerit: diuque conti
net: cum tamē sint miræ capa
citatē: ut auctor est Plinius.

Mollia: Conqueritur q̄ q̄
dam non modo pædicet
puerum: sed etiam eius ingui
na tractet inter op⁹: quib⁹ solli
citādis efficit: ut cito pueri uir
ri fiant. **G**alesi: pueri. **D**uro
ore: barbato mento. **P**ræcipi
tant: ante tēpus. **I**nde: ex hoc.
Placet: quia non audet prodi
re in lucem. **V**na puellis: ante
rior uiris posterior. **T**ua par
te: posteriore tibi concessa.

Nubere: Syllam prouocan
tem poetam ad nuptias
asperratur: quoniam non spe
ret se habiturū uxorem quæ
possit pferre mores suos: quos
exponit. **N**ulla non lege: om
ni conditione. **I**nstaret: pro
uocaret: ut se acciperem in uxo
rem. **M**ihi: non alteri. **S**iuē
erit tu⁹: idest eunuchus & spa
do.

Dum: Noto argumēto ro
gat Labullum: ne operā
togatam a se exigat: cū magnā
faciat ocii & carminis iacturā:
& poema amittat sequens cœ
nam. **N**asci: idest componi a
me. **P**ersequor: dum sequor
te. **P**ræsto: accommodo.

Damnum: quod carmina nō
scribam. **P**oeta carpit: notat
mores poetarum: qui aliēa car
mina carpunt: quibus quoniā
bona inuident. placet magis ut
carpit exponas frequenter ca
piti: & suffuratur.

Sic: hoc pacto dum psequor
te: & capto coenam.

O Mihi: Thelesphorū pue
rum nil præter amplexū
permittentem alloquitur iter
brachia. **O** blāda cū. o amor.

Vda falerno: idest basia sine
cura.

Lla: Vaticinatur Linū cū
fuerit salacissimus futu
tor fore cunnilingum: quoniam
desit arrigere. **S**agax: luxurio
sa. **C**auē lingua: quia erit cun
nilingus: & te inseret femori
bus.

Ferre: Flaccum ancillam
& paruo prostrātem pre
cio amantem deridet: fieri enī
non posse putat ut quæ parū
exigit precium sit iocundi coi
tus. **O**rat: p coitu. **G**arum li
quamen: ex garo pisce. **C**ibiū
significat cōcisam pelamidem:
ut Plinius de genere thynni.

Botriōne: botriōne liquamis
genus falsi: inde botellus gen
farcimis. **G**audens: tanq̄ pue
ret rē magnā. **P**erfricuit: dicū
tur perfricuisse frōtem qui de
posuere pudorem. Plinius i p
cœmio naturalis historiz: Per
fricui frontem: & nihil p̄ feci.

Foliatum: dicebatur unguen
tum quod item dicebat nardi
num: & erat magni precii. De
tusco uico: nam in uico tusco
uestium bombicinarum textu
ra commendabatur.

Languida: Philix nutritrix
fuit Domitiani: eadē an
lena: sub quo nomine nūc de
ridet mulier quæ deformis &
anus iquina poetæ sollicitabat
cū excitari non possent: docet
quo pacto possit arrigere. **I**u
gular. i. pollice: quia cadit men
tula. **V**ix. x. horis: adeo cadit
mens.

O S. In zoilum fellatorem:
quē sæpe supra noiauit
hoc noie: ut supra: Nec te uin
dicare possumus: fellat: hic cō

Hoc quisquam ferat: ut tibi tuorum
Sit maior numerus togulorum.
Librorum mihi sit minor meorum.
Triginta prope iam diebus una est
Nobis pagina uix peracta. sic est
Cum coenare domi non uult poeta.

Ad Thelesphorum.

O mihi grata quies o blāda thelesphorē curas
Qualis in amplexu non fuit ante meo.

Basia da nobis uetulo puer uda falerno:

Pocula da labris facta minora tuis:

Addideris super hæc ueneris si gaudia uera

Essē negem melius cum ganymede ioui.

In Linum.

Illa salax nimium nec paucis nota puellis:

Stare lino desit mentula lingua caue.

Ad Flaccum.

Ferreus es si stare potest tibi mentulla flacce:

Cum te sex cyathos rogat amica dari.

Vel duo frustra rogat cybili: tenuem ue lacertū:

Nec dignam toto se botryone putat.

Cui portat gaudens ancilla paropside rubra:

Alecem: sed quam protinus illa uoret.

Aut cū perfricuit frontē: posuitque pudorem:

Succida palliolo uellera quinque petit.

At mea me libram foliati poscat amica:

Aut uirides gemmas: sardonycas ue pares:

Nec nisi prima uelit de tusco serica uico:

Aut centum aureolos: sic uelut ara: roget.

Nunc tu uelle putas hæc me dare dona puella:

Nolo: sed his ut sit digna puella uolo.

Ad Phyllidem.

Languida cum uetula tractare uirilia dextra

Ccepisti: iugulor pollice phylli tuo.

Nā cū me uitā cum me tua lumina dicis:

Horis me refici uix puto posse decem.

Blanditias nescis: dabo dic tibi milia centum:

Et dabo setini iugera culta soli.

Accipe uina domū: pueros: chrysendeta mēsas:

Nil opus est digitis: sic mihi phylli frica.

In Zoilum.

Os male causidicis: & dicis olere poetis:

quereretur os caudicose & poetæ male olere: cū referret hoc ut puro ad male dicta.
Ridet poeta peius olere fellatori notās hoīs turpitudinē: q̄si male oler alit̄ ip̄e accepisset.

Inuasit: locat̄ ambiguitate uerbi præcido: nam & icidere significat & frangere podi-
cem. alterū tractum ē a cædo: alterum a præciso intestino: medicus inquit phrenet-
ticus inuasit Hilā sicca & eum præcidit: cū uideat̄ dicere uulnerauit: intelligit prædicauit
p̄pterea subdit: medicus non phrenetic⁹ sed sanus qui tā bonum cepit consilium. **Sicca:**

Sed fellatori zoile peius olet.

De Phrenetico medico.

Inuasit medicus sicca phreneticus eucli:
Et præcidit hilam. hic puto sanus erat.

In Ceciliū.

Atreus cecilius cucurbitarum
Sic illos quasi filios thyestæ
In partes lacerat secatque mille.
Gustu protinus has ædes in ipso:
Has prima feret alteraue cœna:
Has cœna tibi tertia reponet.
Hinc seras epidipnidas parabit
Hinc pistor farreas facit placentas:
Hinc & multiplices struit tabellas.
Et notas cariotidas theatris.

Hinc exit uarium coco minuta.
Vt lentem positam fabamque credas.

Boletos imitatur & botellos.
Et caudam cybili: breuesque manas.

Hinc cellarius experitur artes.

Vt condat uario uaser sapore

In rure folium capilliana.
Sic implet gabatas paropsidesque

Et leues scutulas cauasque lances

Hoc lautum uocat: hoc putat uenustum

Vnum ponere ferculis tot assem

In Nestorem.

Nec toga: nec focus est: nec tritus cimice lectus:

Nec tibi de bibula facta palude teges:

Variū: ex uariis rebus confectū. **Hinc:** ex cucurbita. **Botell⁹:** gen⁹ farciminis ut Fest⁹

scribit. **Menæ:** pisces sunt q̄ colorē mutāt: ut Pli. tradit: nā hyeme cādidæ sūt: æstate ni-
griores: eoḡ maria strumis medēt. **Libres:** pōd⁹ libræ trahētes: ut bilibres dicim⁹ duaḡ

libraḡ. **Capilliana:** ruta a capillamēt̄ herbaḡ & folioḡ. **Gabatas:** hæ supra dicunt̄ gaba-
tæ. i. laces cōcauæ

Nec toga: In Nestorē eodē argumēto: quo supra dixit: quēdā uel-
le uideri pauperē & cē. Is. n. cū nihil hēret uolebat dici paup̄ q̄si spōte id gen⁹ uitæ de

legisset: at iqt̄ poeta eū nō posse pauperē appellari cū nihil habeat: & hoc pacto nouā ho-
minis ostētationē cludit. **Teges:** ē pauperis domiciliū. **Palude bibula:** ex herba palus. ri.

gladius est latronis: unde sicca
rii dicti sunt: sicca itē numerat̄
inter ferramenta chirurgica.

Atreus: Ceciliū deri-
det: qui amicos accipie-
bat uarietate ciborum: qui oēs
confecti erant ex cucurbita &
cum uarias epulas uideatur ap-
posuisse: solam dedit cucurbi-
tam. **Cecilius atreus:** tanquā
alter Attreus qui Tantalum
Thiestæ fratri filium epulan-
dum apposuit: Atreus lania-
tor cucurbitarum. **Edes:** gu-
stabis: gustare est leui cibo leni-
re stomachum intra satietatē.

Cœna: idest prima & secun-
da cœna. **Epidipnidas:** dapes
epidipnides dicunt̄ quæ post
dipnon. i. cœnam. opponunt̄.

Hinc: ex hac cucurbita. **Far-
reas:** ex farre: nam placētæ far-
ræ in maiore erant precio.

Multiplices tabellas: Nam
tabellæ dicunt̄ duplices & tri-
plices a numero foliorum: &
tabellæ mittebantur in satur-
nalibus. **Cariotides:** & cario-
tæ dicunt̄ fructus: hæ inaura-
tæ mittebantur amicis. Papi-
ni. Et latente palma prægran-
des cariotides cadebāt. **Notas**

theatris: q̄a i theatris sp̄gunt̄.
Minuta: piscē marinū signi-
ficat: quē ita cōdit Apiti⁹: ut ad-
dat liquamen oleū uinū coctū
& reliq̄. **Minuta** itē genus cibi
cōfecti ex uariis leguminib⁹.

Minuta: piscē marinū signi-
ficat: quē ita cōdit Apiti⁹: ut ad-
dat liquamen oleū uinū coctū
& reliq̄. **Minuta** itē genus cibi
cōfecti ex uariis leguminib⁹.

Affectas: refertur ad quandam ostentationem Vano: non profuturo. **N**on est paupertas: sed mendicitas.

Sapius: Laudatur uictoria Prasini aurigae: qui cum temporibus Neronis uinceret multos habebat fautores: non deerant tamen qui dicerent eum reportare uictoria: quoniam multi fauerent ob Neronem a quo diligebatur: nunc mortuo Nerone uicit ut tota uictoria ipsi debeatur. **C**essisse Neroni: id est fauisse Prasino ob Neronem.

Aedes: In Aprum pauperem: & alienas sectam coenas: qui casam humilem: & nigram emit: iuxta hortos Maronis pulcherrimos: ut illic saepe cenaret: de hoc non tanquam de puero ut nonnulli putarunt: sed de paupere: & alienam mensam sectante illud distichon factum uideri potest: Non cenat sine apro noster Tite cecilianus quo uersu cum uideatur dicere Cecilianum omnibus mensis habere aprum animal: deceptum lectorem in sequenti uersu frustratur & ait bellum conuiuium Cecilianus habet: quo intelligit aprum pauperem illi esse conuiuiam. Bellum autem ironice: hoc est illepidum. Cœnabit belle: in hortis Maronis.

Ignotos: Respondet Fabullo ignotos homines iuitanti quare ad cenam non eat etiam ipse inuitatus: quoniam scilicet cum inter ignotos cenaret: uideret solus cenare. Festiue se solum appellauit inter ignotos.

Caius: Soteria: hoc est uota ob Caium Iulium Proculum: qui conualuerat: celebrat soluto potu poscens cyathorum numerum parem litteris noium amici. **S**ignat: id est facit hanc lucem foelicem. **D**esperasse: quod desperauerim. **M**inus gaudet: ego tanto magis gaudeo salute quo plus desperavi & timui. **H**ypne: hypnos graece latine significat somnum. **C**o uenit ergo nomen puero ministrati Bacchum somni ducem: & auctorem. **B**essem. uas octo mensurarum.

Zoile: In zoilum qui ex seruo ad equestres annulos peruenerat: ut supra exposuimus: has cum gemina compede dedicat cathenas Saturne tibi zoilus annulos pores. Hic tanti

Nec puer: aut senior: nulla est ancilla: nec infans:
Nec sera: nec clauis: nec canis atque calix.
Tu tamen affectas nestor dici atque uideri:
Pauper: & in populo quaris habere locum:
Mentiris: uanoque tibi blandiris honore:
Non est paupertas nestor habere nihil.

De Prasino.

Sapius ad palmam prasinus post fata neronis:
Peruenit: & uictor praemia plura refert.
Inunc liuor edax dic te cessisse neroni:
Vicit nimirum: non nero: sed prasinus.

De Apro.

Aedes emit aper: sed quas: nec noctua uellet
Esse suas: adeo nigra uetusque casa est.
Vicinos illi nitidus maro possidet hortos:
Cœnabit belle non habitabit aper.

Ad Fabullum.

Ignotos mihi cum uoce trecentos
Quare non ueniam uocatus a te
Miraris: quererisque: litigasque.
Solutus cenare fabulle non libenter.

De Caio proculo.

Caius hanc lucem gemma mihi iulius alba:
Signat: io uotis redditus ecce meis.
Desperasse iuuat: ueluti iam rupta sororum
Fila: minus gaudent: qui timere nihil:
Hypne quid expectas piger: immortale falernum
Funde: senem poscunt talia uota cadum.
Quincunces & sex cyathos bessaque bibamus,
Caius ut fiat iulius & proculus.

In Zoilum.

Zoile quid tota gemmam praecingere libra

gna
gna
& u

ponderis annulum huic gestabat: ut aptius oli potuerit ee cathena eius pedibus: q̄ nūc annulus digito. Nonnulli auctore Pli. auri pondus in annulis ostentabant: Alii leues bracteas inferebant gemmarū precium ostentantes. Eam bracteam appellauit aurū æstium. Iuuenalis tangens hoc annuloꝝ genus: Ventilet æstium digitis sudantibus aurū: Nec sufferre queat maioris pondera gemæ. ¶ Perdere: occultat: quia non est in tãto precio gema cū additur nimium auri. ¶ Tuis cruribus: p̄ compede: Erat enī seruus fugitiuus.

Te iuuat: & miserum perdere sardonica.
Annulus iste tuis fuerat modo cruribus aptus:
Non eadem digitis pondera conueniunt.

¶ In Charidemum.

¶ Cunarum fueras motor carideme mearum:
Et pueri custos: assiduusque comes.
Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba:
Et queritur labris puncta puella meis:
Sed tibi non creuit. te noster uillicus horret:
Te dispensator: te domus ipsa pauet.
Ludere nec nobis: nec tu permittis amare:
Nil mihi uis & uis cuncta licere tibi:
Corripis: obseruas: quereris: suspiria ducis:
Et uix a ferulis abstinet ira manum:
Si tyrios sumpsisti cultus: unxiue capillos:
Exclamas nunquam fecerat ista pater:
Et numeras nostros astricta fronte trientes:
Tanquam de cella sit cadus ille tua:
Desine: non possum libertum ferre catonem:
Esse uirum iam me dicet amica tibi.

¶ De Luperco.

¶ Formosam glyceram amat lupercus:
Et solus tenet: imperatque solus:
Quam toto sibi mense non fututam
Cum tristis quereretur: & roganti
Causam reddere uellet seliano:
Respondit glycere dolere dentes

¶ De Mulione surdo.

¶ Mulio uiginti uenit modo milibus aula:
Miraris precium tam graue: surdus erat.

¶ De Amynta.

¶ Indulget pecori nimium dum pastor amyntas:

ginandis suis icumbit: ex arbore glandifera quã conscendit: cecidit: eiusq; p̄ siluæ ligna succidi iussit ad rogum filii. ¶ Amyntas: nomen pastorale est: sumptum a Theocrito & usurpatum a Virgilio.

¶ Vnarum: Charidemum
¶ Pædagogum suum & libertum: a quo obiurgatur: cum iam sit uir. ¶ Mearum cunarum monitor: qui me infantem monuisti: uel monitor: quia mouisti cunas mihi infanti. placet p̄ scriptura. ¶ Sudaria: uerbum Catulli. ¶ Pannos lineos: qui excipiunt cadentem barbam a tonsore. ¶ Sed tibi non creui. i. nondum putas me satis adoleuisse. ¶ Catonem: qui utatur césura Catonis.

¶ Formosam: Lupercum captum amore Glyceræ irrumatorem esse ostendit: & Glyceram fellatricem urbano ioco: dū ait Lupercum nuper dixisse se iam mense toto non futuisse amicam: quia dentes doleret: nam si dentes & os ægrum impedimento erat quo minus illa coiret: factum est indicium esse irrumatoris.

¶ Mulio: Veditum mulionem supra uiginti milibus nummum conqueritur: & quasi miranti magnitudinem precii: iustam tam grauis uenditionis causam uellet afferre: subdit eum fuisse surdum ob hoc cum minoris debuerit uendi: ipse idem commemorat: quasi fuerit iusta causa tam gravis precii. ¶ Surdus erat: eludit auctum.

¶ Indulget: Lygdum formosum monentem recentem: ne uelis conscendere arbores capitis periculo ad glandes decutiendas: Nam amyntas pastor: dum saginandis suis icumbit: ex arbore glandifera quã conscendit: cecidit: eiusq; p̄ siluæ ligna succidi iussit ad rogum filii.

Cedentes: honestos gladibus. **O**pes: Cassas. i. glandes deiectas. **N**emus triste: cuius casu perierat filius. **D**iræ rapinæ: filii. **D**amnauit rogis ligna. i. rogis dedicauit. **L**igna noxia: e quibus cecidit Amyntas. **A**nnumerare. i. reddere numerum.

Viuida: Cecilianum auarum accusat: qui poetæ epigrammata dixerat non esse uiuida: Hoc enim fieri dicit Martialis eius causa qui nihil donat: Nam uita carminis ex argumento ducitur: referatur hoc quod magis placet quod parum uiuidum esset: quia de Amynta mortuo est scriptum: Ex hoc iocans poeta dicit: non mirandum esse si non est uiuidum: cum de mortuo sit compositum: & eius culpa hoc accidisse: qui ad argumentum proposuerit.

Lemmata mortua. i. argumenta de mortuo. **T**hymum: florem significat gratissimum apibus: quod circa solstitia nascitur: cum large florescit: protendit mellis prouentum: ex attica translatum est: adeoque permiscue nascitur: ut in Narbonensi agro lapidoso maxima copia producat. auctor est Pli. Thymum tamen atticum principatum tenuit: & æternum epitheton inde sortitum est. Virg. Cecropiūque Thymum in insula Corcyræ amaritudinem pungit. unde corinthia mella eundem seruat sopore.

Deprensus: Imprudentiam uxoris accusat: quæ ipsum deprehenderat dum pædicaret: obiurgansque se pueri partes posse se præstare affirmabat. **P**osito arcu: nam ipse arcum gestabat: Hylas pharetrâ: ut Apolloni longo carmine scribit. **M**egara: Creontis filia fuit Herculis uxor. Megarâ dici non Megearâ carmen Homericum testat

in Manium euocatione Homerus & Megarâ Creontis magnanimi filiam: quâ habuit Amphitrionis filius roboris idomiti. **F**ugitiua: dum conuersa est in laurum. **O**ebalius puer: Hiacynthus Lacedæmonius: quem dilectum disco Phœbus interemit per imprudentiam: uertus autem est in florem sui nominis. In eundem floré Ajax conuersus est: cum iudicio a morum superatus sibi mortem consciuit. Inde idem flos dicitur flos œbalius: ab Aiace. Columella: Et male damnati mæsto de sanguine surgunt Aiace flores. **B**riseis: patronymicum est: proprio nomine dicebatur Hippodamia: ut scribit Eustachius dilecta est ab Achille. **L**euis amicus: Patroclus: nam Achilles Patroclum amauit: qui e patria opertia iussus est exulare: cum affinem œanthen per imprudentiam necasset: unde œanthium sacellum: & fons œanthi in siluis. Erat idem necessitudinis coniunctus cum Achille ut colligit Eustachius: cum quo educatus post exilium. promiserat autem Menætio patri Patrocli Achilles se post expeditionem troianam cum domum rediturum. **D**are mascula. i. noli existimare tibi aliquid masculum esse.

Et gaudet fama luxuriaque gregis:
Cedentes oneri ramos: siluamque fluentem
Vicit: concussas ipse sequutus opes.
Tristæ nemus diræ uetuit superesse rapinæ:
Damnauitque rogis noxia ligna pater.
Pingues lygde sues habeat uicinus iollas:
Te satis est nobis annumerare pecus.

In Cecilianum.

Viuida cum poscas epigrammata: mortua ponis
Lemmata: quid fieri ceciliane potest?
Mella iubes hyblæa tibi uel hymettia nasci:
Et thyma cecropiæ corsica ponis api.

In Vxorem.

Deprensus in puero tetricis me uocibus uxor
Corripis: & culum te quoque habere refers.
Dixit idem quotiens lasciuo iuno tonanti:
Ille tamen gracili cum ganymede iacet.
Incuruabat hylam posito tyrinthius arcu:
Tu megeram credis non habuisse nates?
Torquebat phœbum daphne fugitiua: sed illas
Oebalius flammis iussit abire puer.
Briseis uultum quamuis auersa iaceret:
Acacidæ propior leuis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus:

Orbus es: Imprudentiā orborū oīum & diuitū accusat: q̄ captatores putant sibi esse
amicos. ¶ Natus cōsule Brutos, i. es decrepitæ ætatis. ¶ Nouus: nuper fact⁹ amic⁹:
nā is captator est: & spe obuenturæ hæreditatis tibi blanditur.

Intrasti: In Cātharū irrumatorē: quem eo uirto laborare ex coniectura ostendit. nā
siue mulierē adiret: siue puerū non patiebat: uel minimā rimā hiare: adeo ut uel ex
foramīa acu facta obstruēda curaret: nemo inquit poeta: qui uel pædicat: uel legitimum

Teque puta cunnos uxor habere duos.

¶ Ad Senem orbum.

Orbus es: & locuples: & bruto consule natus:

Esse tibi ueras credis amicitias.

Sunt ueræ: sed quas iuueis quas paup̄ habebas:

Qui nouus est: mortem diligit ille tuam.

¶ In Cantharum.

Intrasti quotiens inscriptæ limina cellæ

Seu puer arrisit siue puella tibi.

Contentus non es foribus uelloque seraque:

Secretumq; iubes grandius esse tibi.

Oblinitur minima si qua est suspitio rimæ:

Punctaque lasciua quæ terebratur acu.

Nemo est tam teneri: tam sollicitique pudoris:

Qui uel pædicat canthare: uel futuit.

¶ In Meuium.

Iam nisi per somnum non arrigis: & tibi meui

Incipit: in medios meiere uerpa pedes.

Truditur: et digitis pannucea mentula lassis:

Nec leuat extinctum sollicitata caput.

Quid miseros frustra cunnos culosque laceassis?

Summa petas: illic mentula uiuit anus.

¶ In Blataram.

Omnia fœmineis quare dilecta cateruis

Balnea deuitat blatara: ne futuat.

Cur nec pompeia lentus spatietur in umbras

Nec petit inachidos limina: ne futuat.

Cur lacedæmonio luteum ceromate corpus

Perfundit gelida uirgine: ne futuat.

Cum sic fœminei generis contagia uitet

Cur lingit cunnum blatara: ne futuat.

¶ De Silio.

Silius hæc magni celebrat monumenta maronis

bât. Virgīe. i. aq̄s gelidis uirgīs: nā martia aq̄: ut Pli. scribit natatu: uirgo tactu p̄stabat.

Ilius. Silī⁹ poeta prædiū Virgiliū i neapolitāo habuit: ut scribit Pli. in epistola. habuit

inuit coitū mulieris tā anxio pu
dor̄ afficit: sed irrumator. ¶ Cellæ
fornicis meretricis: noībus iha
bitantiū inscribatur. Iuena
lis: Titulum mentita lyciscæ.

¶ Velo: quo circūdatur cētōes.

¶ Terebrant: perforant. ¶ Las

sciua: lasciuenti & passim pun

gēte. ¶ Solliciti: anxii. ¶ Qui pæ

dicat: aut futuit sed q̄ irrumat.

Iam nisi. Memiū monet

ut cū arrigere non possit

fiat irrumator: nā supra dixit:

Nemo est Galla senex ad irru

mandū. ¶ Verpi: dicunt iudæi

circuncusi: eodē habitu est mē

tula. ¶ Pānucea: a pāno fit pan

nucis. a. um. diminutiū pan

nicula: auctor est Pompei⁹: uel

a pāno: quod placet uena emi

nētore: cuius diminutiū est

pānicula: nā & mulierū māmæ

& membra senilia iuuenili hu

more exhausta pānucea fiunt.

hoc est uenosa. supra: Aut tibi

pannosæ dependent pectore

mammæ. ¶ Laceassis: ilequeris.

¶ Sūma petas. i. os: & fias irrua

tor. alibi: Nemo est thai senex

ad irrumandum.

Omnia. Blataram derides

qui cum omnem mulie

rū turbā deuitaret: & lingeret

cunnos: causa inquit ē ne coga

tur futuere. ¶ Umbra pompe

iana. i. porticu Pompeii. alibi:

Sic ueterem ingrati Pompei

quærimus umbram. ¶ Limina

inachidos .i. porticū Europæ

filix Inachi. alibi: Aut ubi sīdo

nio taurus amore calet. ¶ Laced

dæmoniū: dicit ceroma: quo

niā palæstram lacedæmonii in

uenerūt: & eo ceromate se ūge

item uillam Ciceronis littoralem: quæ occurrebat a Lucrino Baias uenientibus. ibi Tullius olim instaurauit monumentum: & locum appellauit academiam: academiæ atheniæ sis æmulatione: eo mortuo pruperunt illic fontes calidi: qui oculis medebantur. Possedit eundem locum Vetus Antistius. fontes celebrati sunt carmine liberti Ciceronis: cuius hi duo sūt postremi: Vt quoniã totum legic sine fine per orbem: Sint oculis plures quæ medeant aquæ. ¶ Vtrunq; autem prædium uoluit habere Silius: quoniã & Ciceronem olim fuerat imitatus in causis agendis: & postea in carmine punico Virgilium: hoc igitur in laudem Siliii dicitur. ¶ Celebrat: nam coluit diligentissime tumulum Virgilio: ut ait Pli. ¶ Tumulus: ad Virgiliū ¶ Lares: ad Tullium refertur.

Nulla est Philii multa quotidie ab eo poscentem monet: ut cum ei quæcūq; petiit donauerit & ipsa det fellationē.

¶ Nulla est hora. i. nulla hora labit. ¶ Relicto attrito: res reliquæ cōsumptæ dicuntur imitatio ne græcorum qui apolebmæa dicunt. ¶ Lapis: de crotalo siue de eleuco: quod placet. ¶ Possunt: dicuntur posse ¶ Lucri fieri: uili p̄cio emi ¶ Siccus onyx siccu diapasma: nam cōstat ex siccis odoribus: ut Pli. tradit.

¶ Profert: ante oculos fert meos ut emam. ¶ Cariosa: multorum anorum ¶ Expiet: purget somnos de te aduersos ¶ Indixit cœnam: te uelle cœnare te cum apud Ciceronem est eadē significatione: condicere cœnā. Condicere autē ē prisca lingua denunciare. ¶ Nil mihi galla nega. i. patere te irrumari: nam nil negare apud poetam id significat ut ante exposuimus. Id autē perfacere te hoc loco dixit. Nā aliud uideat dicit: cū tñ hoc dicat

Lam ppe: Laudat Silius quæ emerit prædiū uirgilianū: cū autē sibi nō min⁹ uēdicauerit Virg. quæ carmiē exp̄ssit imitatio

Tulit: accepit & assecutus est.

Anta. In fabulosa ē historia Titii Iouis: & Helaræ filii: dicti filii terræ: quoniam mī natū infantē specu occultauit: ex quæ cū adult⁹ pdierit: fabulā dedit quæ ex terræ uisceribus nat⁹ cēt: eā secut⁹ Virg. terræ oipotētis alūnū dixit. Vñ spec⁹ helarit ia dicit nō pcul a patria Acpei qui lignū equū struxit: hic alī est Titii quæ masturbatorē fuisse ostēdit poeta elocutione. ait .n. lauari hūc suis thermis: quæ quis grādes sint: anguste lauant mētulā Titii: eodem elocutionis genere supra est usus: Secretusq; tua cunne lauaris aqua ¶ Et columnam: etiam in priapo dicunt poetæ. ¶ Lauatur anguste: quia masturbatur.

Iugera facundi qui ciceronis habet.

Hæredem dominumque sui tumulique Iarisque
Non alium mallet: nec maro: nec cicero.

¶ In Phyllida.

¶ Nulla est hora tibi qua non me phylli furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.

Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto

Gemma uel a digito: uel cadit aure lapis.

Nunc furtiua lucri fieri bombycina possunt:

Profertur cosmi nunc mihi siccus onyx.

Amphora nunc petitur nigri cariota falerni:

Expiet ut somnos garrula faga tuos.

Nūc ut emam grandē lupum: mulū ue bilibrem

Indixit cœnam diues amica tibi.

Sit pudor & tandem ueri respectus & æqui:

Nil tibi phylli nego: nil mihi phylli nega.

¶ De Silio.

¶ Nam prope desertos cineres & sancta maronis
Nomina: qui coleret pauper & unus erat.

Silius arpino tandem succurrit agello

Silius: & uatem non minus ipse tulit

¶ De Titio.

¶ Tanta est quæ titio columna pendet:

Quantam lampsaciæ colunt puellæ.

Hic nullo comitante nec molesto

Thermis grandibus & suis lauatur

Anguste titius tamen lauatur.

Coenabis belle. Inuitat Iulium Cereale his ferme appositis ferculis: quæ supra promisit amicis: Nunciat octauiam phariæ sua turba iuuenæ: & hoc amplius: quod nihil recitaturæ pmitte: sed auditurum bellum giganteum: quod amic^o conscripserat. **Bello:** festiue cum relaxatiõe animi. **Conditio** melior: si nõ habebis meliore cœnam. **Octauia:** nã e i hora lauabat Martialis. **Stephani:** memit Trãquillus i Domitião: is balnea struxit. **Porrum:** duo genera habet sectile: & capitatum. Sectile dicitur fila habet: quæ Pli. appellat incisuras: & in distichis: Fila tarentini grauiter redolentia porri Edisti: quotiens oscula clausa dato. **Nero** omnibus æstatis mensibus porro uesce batur uocis gratia. Mella eque stris ordis: cum a Tyberio pncipe damnatus accresceret: succum porri ad trium denatorũ argenteoꝝ p̄odus hausit: quo expirauit. **Si** supra id pondus sumatur: dicitur non esse noxi^o. **Cordyla.** i. fetus thynn. **Lacertus:** gen^o piscis. **Rutæ:** ut supra rutatos dixit lacertos. **Mastica:** potes ad massam lactis referre: hoc est caseum: nã caseus est fumo uelabrensi commendabatur ex uelabro regione urbis unde caseus uelabrensis in distichis est. Potest referri quod magis placet ad uinũ. Igne enim & fumo condire uina docuit Massylia galliæ. **Oliuæ picenæ:** cibus accõmodat^o in gustu: nã dabatur quicquid ante cibariorũ læces propter gustũ dabatur: quod supra uerbo græco dixit propinin gustare. **Aues cortiles.** i. gallinas. **Aeterno:** immortalis. **Proxima:** uicina laude.

Ad Iulium cerealem.

Coenabis belle iuli cerealis apud me
Conditio melior si tibi nulla: ueni.
Octauam poteris seruare: laudabimur una:
Scis qua sint stephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur uentri lactuca mouendo
Vtilis: et porris fila resecta suis.
Mox uetus: et tenui maior cordila lacerto:
Sed quam cum rutæ frondibus oua tegant.
Alter non deerunt tenui uersata fauilla
Et uelabrensi massa recocta foco.
Et quæ picenum senserunt frigus oliuæ:
Hæc satis in gustu: cætera nosse cupis:
Mentiar ut uenias: pilces conchilia sumen
Et cortis saturas atque paludis aues:
Quæ nec stella solet rara nisi ponere cœna:
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet usque gigantes
Rara uel aeterno proxima uirgilio.

De Claudia rufina.

Claudia ceruleis cum sit rufina britannis
Edita cur latia pectora plebis habet:
Quale decus formæ: romanam credere matres
Italides possunt: atthides esse suam.
Dii bene quod sancto peperit fecunda marito:
Quot sperat generos: quotq; puella murus.
Sic placeat superis coniuge gaudeat uno
Et semper uatis gaudeat illa tribus.

In Zoilum.

Vnguenta et casias et olentem funera myrrham

Papinius. **Nurtis:** ex filiis. **Tribus natis:** priuilegio trium natoꝝ. Ius etiã quattuor natoꝝ datur mulieribus: trium uiris. Optat aut poeta non ut tantũ tris natos habeat: sed ut tot habeat liberos ut triũ liberorũ priuilegio suo iure utatur: nã qui aut nullum filium: aut tantum duos haberet non utebat iure triũ filiorum: de quo satis multa ante dicta sunt.

Vngueta. In zolũ furẽ quẽ & furti accusat: cũ nup odorameta ad fun^o pata subriperit

lat incisuras: & in distichis: Fila tarentini grauiter redolentia porri Edisti: quotiens oscula clausa dato. **Nero** omnibus æstatis mensibus porro uesce batur uocis gratia. Mella eque stris ordis: cum a Tyberio pncipe damnatus accresceret: succum porri ad trium denatorũ argenteoꝝ p̄odus hausit: quo expirauit. **Si** supra id pondus sumatur: dicitur non esse noxi^o. **Cordyla.** i. fetus thynn. **Lacertus:** gen^o piscis. **Rutæ:** ut supra rutatos dixit lacertos. **Mastica:** potes ad massam lactis referre: hoc est caseum: nã caseus est fumo uelabrensi commendabatur ex uelabro regione urbis unde caseus uelabrensis in distichis est. Potest referri quod magis placet ad uinũ. Igne enim & fumo condire uina docuit Massylia galliæ.

Oliuæ picenæ: cibus accõmodat^o in gustu: nã dabatur quicquid ante cibariorũ læces propter gustũ dabatur: quod supra uerbo græco dixit propinin gustare. **Aues cortiles.** i. gallinas. **Aeterno:** immortalis. **Proxima:** uicina laude.

Claudia. **Claudia** britanã utraq; lingua eruditam laudat: simul & ipsi & marito optat foelicitatẽ. **Pectora:** mores. **Cerulei:** dicuntur insulani: Vnde & ipsa Circe uitreã dicta est quod coleret circios insulã: Vitreæ iuga perfida Circes:

& seruum fugitiuum esse indicat: quod bis iam testatus e superiore carmine. **T**urpi: in-
fami & furaci. **L**ecto stygio. i. capulo: na capulus lectus stygius est. **A** pedibus: na olim
cum seruus esses fugisti: & fuisti in compedibus.

Hortatur. Lupus noua arte captandi dicebat: & bladiis hortabat Urbicu orbu & diui-
te: ut quaereret liberos: cu tame id minime uellet. Poeta in huc iocat: hortatq Vr-
bicu ut moriat: tanq suscepisset liberos: hoc e nihil relinquat. **L**upo na si moriet tanq

pater uideat usus consilio Lupi
Fieri patre: te quaerere uxore
ex qua filios suscipias. **Q**uod
min: qm ipse uellet ee haeres:
Videri uelle quod nolis: id qd
i danu tuu sit. Vt facias: ut acci-
pias uxore. Sic: ita condito testa-
mento.

Quod nimum. In Cheremone
q morte laudabat: i quo uo-
lebat uideri sectari sapietia stoi-
cog: q morte cotenuit: & de co-
teneda morte praecipuit cu id
ageret desperatoe & ex rei do-
mesticae difficultate: nulla in-
qt laus e Cheremo si i ista mi-
feri i morte optas: maior laus
fortitudinis fuerit ei q iopiam
magnoaio ferre potest. **S**toic-
ce: q stoicus uis uideri. **T**ege-
tes: hebant paupes. **N**udi: sine
culcitra & nullo apparatu. **M**ag-
nus ho: ironice loqt. **A**gedu
esto hortatis e. **R**oseo: iuueni-
li. **P**erdere nihil. i. sep aium re-
laxare. Est facile: nulli laudis e.
In rebus angustis. i. inopia.

Qui miser. i. qui inopiam no
moleste fert.

Miraris docto. Inuitat Seue-
ru ad coe ra misso carmine: Seue-
rus & doct⁹ erat: ut uersu no in-
digeret: & diues ut no desidera-
ret aliena coena: duabus iqt de
causis potes mirari o Seuere:
& quod mitto tibi carmina do-
cto: & quod te uoce ad coena di-
uite: at dii cu ambrosia fatiet: acci-
piut et uinu nostru: q si coena
& carmia quae habes: no amas
& accipis: qd poterim⁹ dare. q.
dicat si tantum ea daremus q
bus indiges: nihil possemus da-
re: cum omnia habeas.

Turaque de medio semicremata rogo.

Et quae de stygio rapuisti cinnama lecto

Improbe de turpi zoile redde sinu.

A pedibus didicere manus peccare proteruat:

Non miror furem qui fugitiuus erat.

Ad Urbicum.

Hortatur fieri quod te lupus urbice patrem

Nec credas: nihil est quod minus ille uelit.

Ars est captandi quod nolis: uelle uideri:

Ne facias optat: quod rogat ut facias.

Dicat praegnantem tua se cosconia tantum.

Pallidior fiet iam pariente lupus.

At tu consilio uidearis ut usus amici:

Sic morere: ut factum te putet esse patrem.

In Cheremontem.

Quod nimum laudas cheremon stoice morte:

Vis animum mirer: suspiciamque tuum.

Hanc tibi uirtutem fracta facit urceus ansa:

Et tristis nullo qui repet igne focus.

Et teges atque cimex: & nudi sponda grabati:

Et breuis atque eadem nocte dieque toga.

O q magnus homo es: qui fece rubentis acetis

Et stipula: & nigro pane carere potes.

Lingonicis agedum tumeat tibi culcitra lanis:

Constringatque tuos purpura texta toros:

Dormiat & tecum quicu modo cecuba miscet

Conuiuas roseo torserat ore puer.

O quam tu cupias ter uiuere nestoris annos:

Et nihil ex ulla perdere luce uoles.

Rebus in angustis facile est contemnere uitam:

Fortiter ille facit: qui miser esse potest.

Ad Seuerum.

Miraris docto quod carmina mitto seuero:

Ad coenam quod te docte seuere uocem.

Iuppiter ambrosia satur est: & nectare uiuit:

Nos tamen exta ioui tura meruque damus.

Cum me. In Thelesphorū qui in media palæstra cum iñcitātū poetā uideret: grādem
stipem poscebat: conquerit hoc fieri q̄. (tonfor iminēte nouacula libertatē & di
uitias rogaret: Mart. pmitteret: sed tōsus nō mō nil daret: sed & iā uerberaret. Idē nō fa
ciet Thelesphoro: sed ne quid poscat ei os obstruet: quia eū irrumabit. Permittūt ī me:
quia magnam licentiam habent. Theca: repositoriū nouaculæ. Nil faciam: non uerb e
rabo te. Lota lana: pectinis scilicet ne aliquid possis postulare dicit λειχάειν. i. irruma
tionē. Cupidæ auaritiæ. i. tibi
cupido & auaro. eo uerbo græ
co usus est Aristophanes. uel di
cet πῶ αἰεπ. i. bñ uale: & dimit
tet sine premio quod te auarū
cruciabit. Mentula lota lana:
id est cū pacto ope absterfa fue
rit mētula. Lucili⁹: Mutoni la
chrymas a leua absterfit amica.

Omnia cum tibi sint dono concessa deorum:

Si quod habes non uis: ergo quid accipies?

In Telesphorum.

Cum me uelle uides tecūque thelesphore sētis

Magna rogas: puto me uelle negare: licet:

Et nisi iuratus dixi dabo: subtrahis illas

Permittunt in me quæ tibi multa nates.

Quid si me tonsor cū stricta nouacula superest:

Tunc libertatem diuitiasque roget.

Promittam: nec enim rogat illo tempore tonsor:

Latro rogat: res est imperiosa timor.

Sed fuerit curua cum tuta nouacula theca

Frangam tonsori crura manusque simul.

At tibi nil faciam: sed lota mentula lana

Leicazin cupidæ dicit auaritiæ.

De Carino.

Senos carinus omnibus digitis gerit

Nec nocte ponit annulos.

Nec cum lauatur: causa quæ sit queritis:

Dactilothecam non habet.

De Chione & Phlogide.

Sit phlogis achione ueneri magis apta requiris:

Pulchrior ē chione: sed phlogis ulcus habet.

Ulcus habet priami: quod tendere possit alutā:

Quodque senem pylium nō sinat esse senē.

Ulcus habet quod habere suā uult quisq; puellā

Quod sonare criton: nō quod hygia potest.

At chione non sentit opus: nec uocibus ullis:

flammam. Chione frigus a χιδν quod niuē significat. Alutā languentē: mentulam. Nō
sinat: non possit excitare. Peliam: Iasonis patrem. Criton: medici nomen est masculi &
mentulā habent. Hygea: filia Aesculapii medica. Eustachius quidē in Homero & Dio
dor⁹ & nostri duos tantū filios Aesculapio dedere: Machaonē & Podaliriū. At iterpres
Lyophoronis usus testimonio Appollodori & Pli. In pictura Hygeā: Elgen: panen: Cala
sum Aesculapii filias esse testat: quas Socratē pinxisse cū patre Aesculapio Pli. affirmat.
Hygea aut nomen conuenit medicæ: Hygia. n. græce latine significat rectā ualitudinem
opponit aut Critonem: & Hygeam ut ostēdat illam indigere uiro masculino: non foemina.

Sit Phlogis. Vtrunq; no
men fictum est. Phlogis
ab ardore: nā phlox significat

Marmoream: cum non moueretur.

Lingua. In Mancium lingentem femur: cuius supra meminit. Urbane autē ait eius linguam dū nuper muliebri iugini hæreret: menstrui profluuio obturpuisse adeo ut posthac nō sit futura ueteri libidini. **M**œchus ore: dū fellat. **M**aritus lingua: dum hæret femori mulieris. **S**ummemianis: meretricibus. **N**udū: uel inopem uel remotis arbitris quod placet. **P**er tubos: tubi dicuntur cannæ plūbeæ quib⁹ aqua

deducitur. **T**ubos: appellat inguina muliebria. **C**onscia: quasi rem ueram sciret. **M**orbus idē: sanguis mēstrualis. purus dicit nō cōtaminat⁹ aliq̄ labe: ad corpus refert. **P**ur⁹ itē cū de aīo dicit: est nō cōtaminatus ullo uitio: hic uerborum ābiguitate utit⁹ poeta. **N**ō mirandū: nā ut scribit Pli. tā malefici humoris ē ut iactæ segetes eo marcescant: apes imoriant⁹ aspectu mulieris eo laborātis: speculū hebetet. Purus: nō potest eē cōtaminatus. s. eo menstruo: nec īpur⁹: qm̄ id sceleris nō poterit āpli⁹ cōmittere.

Lesbia. Agere grati aliquis dicit: qui ope p̄ciū nō exigit: gratis itē agit q̄ nihil soluit hāc ācipiti uerborū significatio ne Lesbiā poeta deridet: quæ iurabit se nunq̄ gratis fuisse fututā intelligēs se nō fecisse copiam sui nisi magno p̄cio: poeta ex altera uerbi significatōne ait uerū esse quod Lesbia dicit: nunq̄ enī fuit fututa grati: qm̄ oportuit eam soluere precium his quos uolebat fututores.

Spectas nos **P**hilomusū mutoniatos pueros ī balneis spectantem & interrogantem magna cura q̄re eos Martialis habeat pueros: cinædū esse ostendit. **P**ædicāt curiosos festiue eum cinædum eē ostēdit: cum sit tam curiosus ī mutoniatīs inspiciendis. **C**uriosus enim dicitur qui magna cura aliquid perquirat.

Nescio. Faustus cū haberet cōmercium cum adolescentibus: nolit q̄ id palam fieri: dabat litteras ad puellas: ut cum his commune aliquid habere uideretur: eum urbaniter redarguit poeta inquiens nescio quid scribas puellis: sed rem illā scio: q̄ puellæ non scribunt tibi: hoc est turpitudinem tuam inter pueros.

Adiuuat: absentem marmoreāque putēs.

Exorare dei si uos tam magna liceret

Et bona uelletis tam preciosa dare:

Hoc quod habet chiōe corpus faceretis haberet

Vt phlogis & chionē q̄ phlogis ulcus habet:

De Mancio.

Lingua maritus mœchus ore mancius
Suminianis inquinatio buccis:

Quem cum fenestra uidit a suburana

Obscena nudum lena fornicem clausit.

Mediumque mauult baliare q̄ summum:

Modo qui per omnes uiscerum tubos ibat

Et uoce certa consciaque dicebat

Puer an puella matris esset in uentre

Gaudete cunni: uestra nanque res acta est:

Arrigere linguam non potest fututricem.

Nam dum tumentis meris hæret in uulua

Et uagientes intus audit infantes

Partem gulosam soluit indecens morbus

Nec purus esse nunc potest: nec impurus.

De Lesbia.

Lesbia se iurat nunquam gratis esse fututam

Verum est: cum futui uult: numerare solet.

In Philomusum.

Spectat nos philomuse cum lauamur

Et quare mihi tam mutoniati

Sint leues pueri subinde quæris.

Dicam simpliciter tibi roganti

Pædicant philomuse curiosi.

In Faustum.

Nescio tam multis quid scribas fauste puellis.

Hoc scio. i. commercium tuum. Ipse enim abutebatur pueris: & pueri eo.

Sexcenti. Iustinus solitus Martialem inuitate ad diem natalem: eum nunc præterite rat. dc. inuitatis: pmittens datuz: cœnam in sequenti die: cū poeta munus mittere soletet ueteri instituto natalem celebranti: & ipse præteritus a Iustino munus differt in diē crastinum: mittant inquit sexcenti inuitati munera tibi hodie: cras ego mittam: quoniam cras me inuitasti. Iustinus crastinam cœnam pmittebat in sequentis diei.

Hoc scio: quod scribit nulla puella tibi.

In Iustinum.

Sexcenti cœnant: a te iustine uocati
Lucis ad officium quæ tibi prima fuit.
Inter quos memini non ultimus esse solebam:
Nec locus hic nobis inuidiosus erat.
Postera sed festæ reddis solennia mensæ:
Sexcentis hodie: cras mihi natus eris.

In Vacerram.

Et delator es: & calumniator
Et fraudator es: & negociator
Et fellator es: & lanista miror
Quare non habeas uacerra nummos.

In Maronem.

Nil mihi das uiuus dicis post fata daturum:
Si non es stultus: scis maro quid cupiam.

Ad Mathonem.

Parua rogas magnos sed nō dant hæc quoque ma
Vt pudeat leuius te matho: magna roga.

Epi. Canis Lydiae.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix: silius aspera blanda domi
Lydia dicebat domino fidissima dextra
Qui non erygonēs mallet habere canem.
Nec qui dicteæ cephalum de gente secutus
Luciferæ pariter uenit ad astra deæ.
Non me longa dies: nec inutilis abstulit ætas:

nimis ignominia fuerit si in magnis tulerit repulsam de Mathone Iuena. Sic Pedito con-
turbat: Matho deficit: id est pauper fit.

Amphitheatrales. Epitaphiū Lydiae canis: quæ discerpta fuerat ab apro in uenatiōe
theatri. **N**utrita: loquitur canis. **M**agistros: qui præsumt theatris. **E**rygōe: mor-
tuū patrem Iccæ: repperit cane duce: cui Imera erat nomē. hæc dolore obit⁹ paterni sibi
mortē cōsciuit: Imera item dominæ mortuæ spū parentauit: ut alii scribūt coniecit se in
puteum: quem anigrum appellant: hoc est sine humore. nemo enim post canis fabulā ei⁹
aquis usus est numinum miseratiōe. eius effigies in cælum relata est. **C**ephalum: canis
datus est custos Europæ a Ioue: quē laborantem procri sanauit: Inde canem meruit do-
no. ex creta igitur Cephalus coniunx Procri mortua uxore duxit Thebas. **U**bi erat fera in

stinum munus pollicet quod
nanq̄ est futurū: ut supra: Dic
mihi: cras istud posthume quā
do uenit: cum uideat polliceri
crastinum munus. i. in sequen-
tis diei. **A**d officium lucis: ad
celebrandum diē natalem. **P**o-
stera. i. cœnam sequentis diei.
Sexcentis hodie. i. dc. mittant
hodie munus: quos inuitasti.

Et Delator es. uacerra cō-
querebatur q̄ nummos
non haberet: poeta tēpora sua
notans mirat quare pecuniam
non hēat: cum tam malas exer-
ceat artes: quibus solis pecūia
querebat. **C**alumniator: fals-
as accusationes repperis. **L**a-
nistæ: dicebantur qui emebāt
pueros nutriēdos ad gladiatu-
ram. **M**angones: ad uendēdū
dicti a manu & ago: hoc est ex-
poliendis pueris ut maiore ue-
niant. **I**ndemāgonizare tractū
ē: quod significat expolire ad
fallendum emptorē: agrosque
mangonizatos legimus: & mā-
gonizata balnea apud Pliniū:
& Varronem.

Parua rogas. Mathonem
agendis caustis nihil iā lu-
cratē: & ne minimā quidem
stipem consequentem a diuiti-
b⁹ deridet: simul monet ut pu-
dorem suæ repulsæ leniat ma-
gnarum rerum petitione: nam

superabilis canibus: ut Ouidius cecinit. **U**t autem ex testimonio Istrii scribit Iginus erat uulpes in superabilis canibus: Cephalus: lelapa ita enim appellabatur canis emisit in uulpem. Cum autem & numine Iouis canis esset in superabilis & Themidis uulpes utrunque in mare: ita conuertit Iuppiter: ut alii scripserunt canis in caelum est relatus. **C**ani: Dulichio: id est itacensi cani Vlyxis. **C**anes Vlyxis apud Eumeum subulcum redeuntem dominum post. xx. annos agnouit: ut scribit Homerus: qui eosdem blandientes Thelemacho introduxit. Ille appellabatur Argus. hunc in fimo reperit Vlyxes reuersus plenum pediculis. Longum extat Homeri carmen in odysea. mortuus est extrema aetate confectus.

Erimathe: quem interemit Hercules. **C**alidon: quem Meleager. **T**ertius aper in Lydia ubi perit Athis filius Cræsi: ut scribit Herodotus.

Vendere. Tuccam accusat qui teneros emebat pueros: eosdem exoletos uendebat. **D**ominos: pueros olim amatos a te: ut dominam amicum dicimus. **R**udes: pueriles. **L**uxuria: in eadem significatione est supra. **N**on amiam dices: hæc quoque luxuria est. nam luxuriam appellat non modo nimium rerum appetitum: & luxum: sed etiam in modicum contemptum earum rerum quibus uti debes.

Histericam. Iocus est in Lacedaemona fallentem maritum noua arte: ait enim se esse histericam: neque ulla arte posse sanari nisi futuatur. **T**anti: id est se tanti facere salutem. **T**olluntur: in uenerem. ut supra: Sustulit ille pedes: sustulit hic tunicam.

Drauci. In natam blandam & exiguo uerbo appellantem mentulam exoleti sui pipinam. nam pipere est minorum pullorum uocem emittere. **U**nde pipillo frequenter quod passeri dedit Catullus: Ad solam dominam usque pipillabat. Poeta ait tantæ magnitudinis esse: ut si Priapus conferat: possit Gallus uideri: hoc est castratus. nonnulli codices habent bipennem: hoc est duplicem pennem: sed placet prior sententia: licet syllaba mutata sit.

Qualia dulichio fata fuere cani:

Fulmineo spumantis apri sum dente perempta:

Quantus erat calydon aut erymæthe tuus.

Nec queror infernas quis cito rapta sub umbras:

Non potui fato nobiliore mori.

In Tuccam.

Vendere tucca potes centenis milibus emptos

Plorantes dominos uendere tucca potes.

Nec te blanditia: nec uerba rudesque querelæ:

Nec te dente tuo faucia colla mouent:

Ah facinus tunica patet iuguen utrumque leuata:

Inspiciturque tua mentula facta manu.

Si te delectat numerata pecunia uende

Argentum: mensas: myrrina rura domum.

Vende senes seruos: agros & uende paternos:

Ne pueros uendas: omnia uende miser.

Luxuria est emere hos: quos enim dubitat uel negat uel

Sed multo maior uendere luxuria est.

De Lada.

Histericam uetulo se dixerat esse marito:

Et queritur futui lada necesse sibi.

Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem:

Seque refert potius proposuisse mori.

Vir rogat ut uiuat uirides nec deserat annos:

Et fieri quod iam non facit: ipse sinit.

Protinus accedunt medici medicaque recedunt

Tollunturque pedes: o medicina grauis.

De nata.

Prauci nata sui uocat pipinam

Collatus cui gallus est priapus.

Venturum. Conqueritur se decipi sapientimero a Lygdo puero: cui imprecatur: ut pileo tegat mentulam. Umbella: indumentum capitis erat: quo Solis radii arcebantur: huius erit distichon. obscena metaphora abusus est: nam per dominam luscā & si aliud uideat intelligere mentulam significat. Tegas umbella. i. tegas natibus mentulam: uel ore: tamquam umbella: nam erat fellator: ut alibi: At quondam mihi Lygde nil negabas. i. fellabas. Vrādum. Medico riuali. i. qui eundem amat quem ipse.

In Lygdum:

Venturum iuras semper mihi lygde roganti:
Constituisque horam: constituisque locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus:
Succurrit pro te saepe sinistra mihi.
Quid precor o fallax meritis & moribus istis
Umbellam luscā lygde feras domina.

De Bacchara.

Curandum penem commisit bacchara græcus
Riuali medico: bacchara gallus erit.

In Celiā.

Theca tectus ænea lauatur
Tecum celia seruus: ut quid oro
Non sit cum citharædus aut coraules?
Non uis ut puto mentulam uidere:
Quare cum populo lauaris ergo:
Omnes an tibi iam sumus spadones?
Ergo ne uidearis inuidere:
Serue celia fibulam remitte.

Ad Patrum.

Soluere pate decem: tibi me festeria cogis:
Perdiderat quoniam bucco ducenta tibi:
Ne noceant oro mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere: perde decem.

In Vacerram.

In omnibus uacerra quod conclauibus
Consumit horas: & die tota sedet.
Cœnaturit uacerra: non cacaturit.

Ad Victorem.

Vtere scemineis complexibus utere uictor:
Ignotumque sibi mentula discat opus.
Flamea texuntur sponsæ iam uirgo parata est

merciū: ut ante nuptias discat muliebrē palæstram a perita meretrice: quoniam a sponsa uirgine & rudi eam discere non poterit. huc spectat epigramma ut derideat eum qui cogitat de ducenda uxore. Flamea: indumenta capitis: quibus in nuptiis matronæ utebantur ad

Gallus: iocus est in Gallo: & græco: & significat sacerdotē Cybelis.

Theca tectus. Eodē argumento supra scripsit in Lecāiam: Inguina succintus tibi nigra seruus aluta Stat. quoties calidis tota foueris aquis. Nam & hæc Celia lauabatur inter uiros nudos inguinibus solum seruum uidebat sibi astare fibulatum: quod cum alia de causa facere uideretur: poeta indicat eam ita egisse: ut seruum ad coitum recentem haberet: nam fibula non modo ueladis inguinibus: sed etiam coercendo impetu libidinis utebatur. Aena nigra: nam ex aluta nigra erat fibula: ut supra: Nigra seruus aluta. Ut quid facias: nam citharædus & coraules & comædus ad uocē seruandam fibula utitur: quoniam nimio coitu raucescit. Ne uidearis inuidere: uolentibus. s. uti magno pene serui tui. Remitte: cōcede ut non utat fibula.

Soluere: Quæ mutua ueras. Bucco: dispensator. Non mea: sed Bucconis.

In omnibus. In Vacerrā qui ut cœnam captaret: omnes inibat cœnatōnes: & in proximo loco simulabat se demittere aluum: ut aliqua permanēdi cā esse uideret: & parata cœna inuitaret a domino. Cœclauē: locus ad cœnandum: ut est apud Ciceronem. Cœnaturit: cupit cœnare.

Vtere. Cōtulit amico dūcturo uxore: qui hætenus nullū cum fœminis habuerat cō

uelandū pudorem. Lucanus: Flamea sollicitū praeuelatura pudorem. **T**ondebit: faciet
tonfos tuos cinædos: ne tibi placeat. Peregrina. i. si nesciueris uti cunno: ut sit tibi igno
ta. **S**uburranae meretrici: nam in suburra erant meretrices: ut ante. **F**aciet te uirum: do
cebit officium uirile.

Ad primum. Pætus malos miserat mulos poetæ: quem ad primum lapidem inuitaue
rat: ut uix decima hora eo peruenerit: cū pigritia accusaret a Pæto: ait culpam illi
esse: qui tam pigros mulos rhe
darios miserit: qualib⁹ scilicet
Pætus ipse utebat: ita eum de
ridet.

Littus. locatur cum Flacco
qui petierat ut uillam baiā
nam uersibus laudaret: ait enī
se male indulgeri. Genio: q̄ uer
sibus baiānis: pluris enim se fa
cit q̄ baias: quas Flaccus uerbis
magnificis aureum litt⁹ appella
bat. **B**aias: totiens inculcatū
est ī contēptum Flacci. **U**trū
q̄: indulgere Baiis & mihi. **D**e
tur: ut faciam hoc. **Q**uid: o
quantum Martialis & Baiæ. i.
ut ego mihi indulgeam: & tam
Baias laudem: & ī ea uersuum
cura uoluptatem capiam.

Cum sene. Egles uicē do
let: quæ & spadoni nu
pserat: & adulterum senem ha
bebat: ut neuter uiri officium
præstare posset: optat misera
alterum spadonem fieri uirū:
alterum senem fieri iuuenem.
Sicca: carēs officio uiri. **O**pi
uenero. **A**nus: ppter ætatē.
Uterq̄ labor: uterq̄ laborās.
Citherea: Venus: quæ geniali
toro præes.

Asinuessanis. **P**hilostrat⁹
multa apud græcos scri
psit: sed hic cum in balneis sin
uessanis eēt tm̄ uini potauit: ut
ebri⁹ fact⁹ scalagē lapsu pene ex
tinct⁹ sit: quo facto periit Elpe
nor. **E**lpenor enī Vlyxis soci⁹
cuius cadauere manes euocati
sunt ab Vlyxe ebri⁹ fact⁹ apud
Circē: lapsusq̄ e scalis periit.
hoc mortis gen⁹ notat Ouidi⁹
in Ibm: ipse apud Homegē in
carmine ifernali Vlyxi narrat.
Nocte iubete. i. nocturno tē
pore ita iam exigente.

Tondedit pueros iam noua nupta tuos:
Pædicare semel cupido dabit illa marito:
Dum metuit teli uulnera prima noui.
Sæpius hoc fieri nutrix materque uetabunt:
Et dicent uxor: non puer iste tibi est.
Hæu quantos æstus quantos patiere labores:
Si fuerit cunnus res peregrina tibi.
Ergo suburranae tyronem trade magistræ
Illa uirum faciet: non bene uirgo docet.

Ad Pætum.

Ad primum decima lapidē quod uenimus hora:
Arguimur lentæ criminæ pigritiæ.
Non est ista quidem: non est mea sed tua culpa:
Misiisti mulas qui mihi pate tuas.

De Bais.

Littus beatæ ueneris aureum baias
Baias superbæ blanda dona naturæ
Ut mille laudem flacce uersibus baias.
Laudabo digne non est satis: tamen baias.
Sed martialem malo flacce quam baias.
Optare utrunque pariter improbi uotum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur:
Quid gaudiorum est martialis & baiæ.

De spadone & sene.

Cum sene communē uexat spado dindius eglē:
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic operi non est: hic utilis annis:
Ergo sine effectu prurit uterque labor:
Suppelex ille rogat: pro se miserisque duobus:
Hunc iuuenem facias hunc citherea uirum.

De philostrato:

Asinuessanis conuiuia philostratus undis
Conductum repetens nocte iubente larem.
Pene imitatus obit seuis elpenora fatis:

Nemo habitat. Sosibianus nouo genere captationis uſebat: nā orbis & diuitibus par-
tem domus ſuæ gratis habitandā dabat: quod cū ex liberalitate uellet uideri facere:
poeta indicat eum auariſſime agere: quippe qui eo munere hæreditatem petat lōge ma-
ioris precii q̄ ſit iuſta penſio. **¶** Pluris locat: quoniā ita hæreditatem captas.

Qui nondum. In Anthiochi tonſoris īperitiā: a quo cum nuper tonderet: crebriſi cū
ſuris notatus eſt. **¶** Brachia tondebantur: qui inter ſe lacerantur in ſacris Cybel-

Præceps per longos dum ruit uſque gradus.
Non eſſet nymphæ tam magna pericula paſſus:
Si potius ueſtras ille bibiſſet aquas.

¶ Ad Sosibianum.

Neo habitat gratis: niſi diues & orbis apud te:
Nemo domum pluris ſoſibiane locat.

¶ Ad Antiochum tonſorem.

Qui nondū ſtigias descendere quærit ad ūdas:
Tonſorem fugiat ſi ſapit antiochum.

Alba minus ſeuis lacerantur brachia cultris:
Cum furit ad phrygos enthea turba modos.

Mitior implicitasalcon ſecat enterocellas:
Fractaque fabrili dedolat oſſa manu.

Tondeat hic inopes cynicos & ſtoica menta:
Collaque puluerea nudet equina iuba.

Hic miſerū ſtithica ſub rupe promethea radat:
Carnificem nudo pectore poſcet auem.

Ad matrē fugiet pētheus: ad manadas orpheus
Antiochi tantum barbara tela ſonent.

Hæc quæcunque meo nūeraſti ſtigmata mēto
In uetuli picta qualia fronte ſedent.

Non iracundis fecit grauis unguibus uxor:
Antiochi ferrum eſt et ſclerata manus.

Vnus de cunctis animalibus hircus habet cor
Barbatus uiuit: ne ferat antiochum.

¶ In Zoilum.

Sidere percuffa eſt tibi ſubito zoile lingua
Dum lingis cunnum. zoile nunc futues.

¶ In Parthenopæum.

Leniat ut fauces medicus: quas aſpera uexat
Aſſidue tuſſis parthenopæe tibi.

Mella dari: nucleosque iubet dulcesq; placetas:
Et quicquid pueros non ſinit eſſe truces.

At tu non ceſſas totis tuſſire diebus:
Non eſt hæc tuſſis parthenopæe: gula eſt:

lis **¶** Enthea: deo plena. **¶** Alcon: medicus uulnerarius.

¶ Enterocellas: in teſtina **¶** Dedolat: apra oſſa **¶** Pētheus ad ma-

trem: Agauem a qua laniatus fu-

it **¶** Orpheus: laniatus a ciconi-

bus **¶** Mendas: mulieres furen-

tes: nam **uēno** eſt furere **¶** Qua-

lia: quales inciſuræ **¶** Picta frō-

te: id eſt rugoſa **¶** Habet cor. i. eſt ſapiens.

Sidere. Sidus eſt gen⁹ mor-

bi: ut ſupra eſt dictum: quo

linguæ uſus amitti ſolet. ſupra

Hoc opus eſt ſubito ſias ut ſi-

dere mutus. Vnde ſiderati qui

b⁹ urina pulli aſnini nardo ad

mixto per coniuñtionem me-

detur. zoil⁹ fellator erat quod

frequēti carmine idicauit: nūc

amiſſa lingua cogetur futuere.

¶ Lingere: fellare eſt apud hunc

poetā. ſupra: **Līgas** nō mihi: nā

proba & puella eſt **¶** Dum lin-

gis. i. dum fellas: uel cunnum lin-

gis quod placet: nam ſupra idē

eſt epigrammatis argumentū

in eum qui dum cunnum lin-

geret: linguam amiſit adeo ut

Dives eras. Caridemus cum olim dives esset predicabat: nunc factus pauper ut amissa bona instauraret anus sectabatur. hoc enim genus lucri propositum erat bene meritis: quod carpit Iuue. Vetulae uesica beatae: nam illud in uniuersum dicitur & non de una.

Multis iam. Carisianum deridet: qui cum predicaretur nolebat uideri predicari: sed festiue crimine suum prodidit per imprudentiam: nam cum multis iam diebus diceret se non predicasse: & causam quaerent sodales: dixit se habere uentre solutum: quod ipsum impedimento erat cinædo: non predicari.

Intactas. Ad pollam: quae mittebat recentes rosas & intactas. poeta optat ut rosas uexatas potius mittat eius delicias redolentes: an simul alludit festiue ad eunuchos pulcherrimos: quos polla habebat: ut supra dictum est.

Carmina. Crestillum deridet: qui ut lasciuum carmen aspernari uideretur: & se uerum laudare Lucilii: Lucretii: Accii: Pacuuii poetarum rudimenta: & quibus ut scribit Quintilianus lepos: & ultima manus defuit: uersus extollebat. sed tamen ut inquit poeta cum quos generis carmina legeret: non ignorabat quid saperet mentula: per quod ostendit eum fuisse fellatorem: & iter antiquos poetas sectari recentes mores.

Salabras: duricie. Metrophanes: hic uersus est Lucilii: quem uolentem fluere scribit Horatius: & carpit: quae graeca uerba inferat carmini. fuit autem satyrorum auctor: sed hoc carmen est in Metrophanem Columellam tumulatum eius seruum: ut ita legatur: Lucilli Columella situs est hic Metrophanes. Columella Metrophanes: nomen est proprium.

Terrai: genitiui antiquorum: quibus utitur semper Lucretius Accius: & Pacuuius scriptores tragicordiarum clarissimi sententiarum grauitate: ut scribit Fabius: & pondere uerborum: sed his defuit expolitio: non eorum culpa sed temporum: quibus studia adhuc erant inculta. **S**apiat: quia es fellator: & mentulam lingis lasciuisque nostrorum temporum moribus inter seueros antiquorum uersus ueris.

Aeolides canace: In Canacem epitaphium quae ulcere serpentis in ora extincta est. **A**eolides: alludit de Canace filia Aeoli sorore Macareii. **A**h facinus: genus morbi.

Ad Caridemum.

Dives eras quondam sed tunc predico fuisti:
Et tibi nulla diu femina nota fuit.
Nunc sectaris anus o quantum cogit egestas
Illa fututorem te carideme facit.

De Carisiano.

Multis iam lupe posse se diebus
Predicare negat carisianus.
Causam cum modo quaerent sodales
Ventrem dixit habere se solutum.

Ad Pollam.

Intactas mihi quare mittis polla coronas:
A te uexatas malo tenere rosas.

In Crestillum.

Carmina nulla probas molli quae limite currunt:
Sed quae per salabras altaque saxa cadunt.
Et tibi maonio quod carmine: maius habetur
Lucili columella hic situs metrophanes.
Attonitusque legis terrai frugiferai
Accius & quicquid pacuuiusque uomunt:
Vis imiter ueteres crestillet tuosque poetas:
Dispeream si scis: mentula quid sapiat.

Epi. Canaces.

Aeolides canace iacet hoc tumulata sepulchro:
Ultima cui paruae septima uenit hyems.
Ah scelus ah facinus properas quid flere uiator:
Non licet hic uitae de breuitate queri:

Lucilli. s. seruus. Terrai:

Tenero: puellari. Oscula: idest os ipsum. **N**on sūt data: quia partē assumpsit morbus. **P**ierios: In Theodorum malum poetam: in quem supra. Huius ædes incendio assūptæ sunt: De quibus uideatur conqueri Martialis quasi amicus Theodoro: exit in imprecationem: & conqueritur quod dominus non arserit. **P**ierios: poeticos. **D**ominus: malus poeta ante dixit se huic suos libellos mittere nolle: ne ille suos mittat ineptos.

Quod: In poetam iudæū qui Martialis puerū pædicabat. **V**erpe: iudææ. **C**arpas: suffureris ut supra: poeta carpit: idest suffuratur. **C**orripias: frequenter rapias. **S**olymi: populi finitimi Licie. **V**nd iudæorum gens deducta est eos Bellerophon expugnauit: ut Homerus meminit: & longa est disceptatio apud Homeri interpretes: de quibus Solymis poeta intellexit. **S**trabo de finitimis Licie uidetur sentire. **I**uras per templa tonantis: idest iuras per numē romanum quasi non sis iudæus.

Anchiala: urbs est Cilicie litoralitatis condita a Sardanapallo ut Aristobolus scribit: In qua est statua lapidea conditoris: quæ dextræ manus digitos complicat: cum monumento litteris assyriis inscripto: Sardanapallus Anacindaraxis fili⁹ Tharsum & Anachialim uno die cōdidit. Ede bibe lude: & cum te mortalem noris: præsentib⁹ exple delitiis animū: Post mortē nulla uoluptas. placet igitur intelligas Anchialum numen Sardanapalli: quod Solymis finitimum est: imo littoralem hanc Cilicie partem Solymi aliquādo tenuerunt: ut scribit Iosephus. **I**ura per Anchialum: idest per numen Sardanapalli: quo simul ostendit eius mollietatem & patriam. Quod nonnulli sentiūt de Anchialo puero hætenus non legi.

Tristius est leto leti genus: horrida uultus
Abstulit: & tenero sedit in ore lues.
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi:
Nec data sunt nigris tota labella rogis,
Si tam præcipiti fuerant uentura uolatu:
Debuerant alia fata uenire uia.
Sed mors uocis iter properauit cludere blandæ:
Ne posset duras flectere lingua deas.

In Zoilum.

Mentitur qui te uitiosum zoile dixit:
Non uitiosus homo es zoile: sed uitium.

De Theodoro.

Pierios uatis theodori flamma penates
Abstulit hoc musis: hoc tibi phœbe placet.
Oscelus o magnum facinus crimenque deorum:
Non arsit pariter quod domus & dominus:

In Verpum æmulum.

Quod nimium liues nostris et ubique libellis
Detrahis: ignosco: uerpe poeta sapis
Hoc quoq; nō curo: quod tu mea carmina carpas:
Corripias: et sic uerpe poeta sapis.
Illud me cruciat solymis quod natus in ipsis:
Pædicas puerum uerpe poeta meum.
Ecce negas iurasque mihi per templa tonantis:
Non credo: iura uerpe: per anchialum.

Ad Flaccum.

Incideris quotiens in basia fellatorum:
In solio puto te mergere flacce caput.

In Germanum.

Martia nō rhēus salit hic germane: quid obstas?

Incideris: Festiue idem esse. docet bastari a fellatore: qui mentulasore abluit: & mergere caput in solium uas balnearum: ubi mentulæ lauantur. **P**uta te mergere caput: idest abluere caput.

Martia: Ex Martia de qua satis supra diximus: Germanus riuulum deduxerat

In ædes. Vnde nuper repulerat puerū romanū: poeta conqueritur martia aqua intercedi
 ciuem romanum a barbaro cum aqua sit romana: & ciui debeat seruire potius q̄ captiuo.
 Salit: labitur saliens. Obstas: resistis. Imbre: irrigatione & unda diuitis large fluentis.
 Vnda uictrix: aq̄ martia romana. Captiuā sitim. i. tuā q̄ es captiu⁹. Submoto: repulso.
 Vna nocte. In Thelesinam deformem: ad quā non poterat arrigere: quod ut ostēdat
 non sua culpa accidere: sed Thelesinæ hoc scribit. Possum. s. futuer̄ aliquā: nō pos-

sum te semel quattuor annis.
 oppositis dictiōibus acumen ē
 semel & quat. iiii. annis & una
 nocte.

Effugere: Basiatorū oculis
 offendebat Martialis
 nonnulli. n. blandiētes solebat
 obuios amicos osculari: Marti
 alis hoc longo reprehendit epi
 grammate: consulitq̄ Basso ut
 eos sibi faciat amicos quos no
 lit basiare: oñdens se malle ami
 citiā aliis i rebus esse q̄ in basis
 quibus. s. offēditur. optes inqt
 eos amicos qui te nō basiet: id
 enī est gratius q̄ basiarī. Non
 ē effugere: fieri nullo pacto po
 test ut possis effugere basiato
 res. Ulcus: deterebit eos. Pus
 tula: ulcera parua. Triste mē
 tum sordidi ue lichenes: idē di
 xit ut puto: Nā lichenes ulcera
 oris erant: quæ multoꝝ intuit⁹
 occupabant: surfurē cutis exci
 tantia: is morbus icognit⁹ fuit
 ad mediū usq̄ Tiberii. p̄cipa
 tum: quo tēpore Perusin⁹ qui
 dā eques scriba quæstorius: co
 morbo laborās: quo i Asia cor
 reptus fuerat multos cōtagiōe
 fœdauit: eum appellarunt no
 mine latino Mentagram: quo
 niam a mēto oriebat. Cero
 to: puto de Cerussa itelligi: Nā
 labra cerussata dixit in Phileni
 ad emendationem ulcerum p
 derit: quo minus te basient.

Basium nuptiale. i. mūda ba
 sia: quæ obstructo ore serua
 bāt sponsæ. Cucullis: indu
 mento capitis. Afferet: uendicabit te. Lecticæ pellibus & uelis sternebant̄ præsertim
 nuptiales & ritu antiquo sponsi i pelle lunata sedebant: sed hic de quacunq̄ lectica intel
 ligo. Consulatus: si et fueris consul. Abiget: submouebit. Sella curuli. potes intelli
 gere uel de prætoꝝ uel consule. Quem nolis. i. amicum a quo non basia exigimus. id
 enim sit amoris testimonium: q̄ scilicet te non basiet.

Et puerum prohibes diuitis imbre lacus?
 Barbare non debet submoto ciue ministro
 Captiuam uictrix unda lauare sitim.

In Thelesinam.

Vna nocte quater possum: sed quattuor annis
 Si possum peream te thelesina semel.

Ad Bassum.

Effugere non est basse basiatores
 Instant: morantur: persequuntur: occurrunt.
 Et hinc & illinc usque quaque quacunq̄:
 Non ulcus acre pustula: ue lucentes:
 Nec triste mentum sordidique lichenes:
 Nec labra pingui delibuta ceroto:
 Nec congelati gutta proderit nasi.
 Et æstuantem basiant & algentem.
 Et nuptiale basium reseruantem.
 Non te cucullis auferet caput tectum
 Lectica: nec te tuta pelle ueloque.
 Nec uendicabit sella sapius clausa
 Rimas per omnis basiator intrabit.
 Non cōsulatus ipse non tribunatus
 Seuique fasces nec superba clamosi
 Liçtoris abiget uirga basiatorem.
 Sed eas in alto tu licet tribunali.
 Et ecuruli iura gentibus reddas.
 Ascendet illa basiator: atque illa
 Febricitantem basiabit & flentem.
 Dabit oscitanti basium natantique
 Dabit & cacanti: remedium mali solum est
 Facias amicum: basiare quem nolis.

DE Cathedra. Ficosam Lesbiam & pinguem deridet: cuius uestes natibus hærebant: quotiens surgeret. **M**iseræ tunicæ: uiscatæ. **P**ædicant: hærent culo. **S**ymplegades: scopuli qui inter se cōcurrere uident: idem dicuntur cinacæ & minyæ a Mar. ob cur

In Lesbiam.

De cathedra quotiens surgis iam sæpe notauit
Pædicant miseram lesbiam te tunicæ.
Quas cum conata es dextra conata sinistra
Vellere: cum lachrymis eximis & gemitu.
Si constringantur gemina limplegade culi:
Et nimias intrant cyaneasque nates.
E mendare cupis uitium deforme: docebo:
Lesbia nec surgas censeo nec sedeas.

Ad Flaccum.

Habere amicam nolo flacce subtilem,
Cuius lacertos annuli mei cingant.
Quæ clune nudo radat: et genu pungat,
Cui ferra lumbis: cuspis eminent culo.
Sed idem amicam nolo mille librarum,
Carnarius sum: pinguiarius non sum.

Ad Flaccum.

Thaida tam tenuem potuisti flacce uidere?
Tu puto: quod non est: flacce uidere potes.

In Lydiam:

Non est mentitus qui te mihi dixit habere
Formosam carnem lydia non faciem.
Est ita si taceas: et si tam muta recumbas
Quam silet in cera uultus et in tabula.
Sed quotiens loqueris carnem quoque lydia perdis:
Et sua plus nulli quam tibi lingua nocet.
Audiat edilis ne te uideatque caueto.
Portentum est: quotiens cœpit imago loqui.

Ad Sophronium.

Tanta tibi est animi probitas orisque sophroni,
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

In uxorem

Vxor uade foras aut moribus utere nostris
Non sū ego nec curius nec numa nec tatus
Me iocundda iuuant tracte per pocula noctes
Tu properas pota surgere tristis aqua
Tu tenebris gaudes me ludere teste lucerna

sū quæ illac minyæ idest argo
nautæ tenuerūt. **N**ates appo
sitæ: appellauit geminam sym
plegadem. **V**el nimias. i. præ
pingues: sed magis placet ut le
gas minyas. **N**ec sedeas: sed ta
ceas natis supinis.

Habere. Obiurgat Flaccū
qui exilem & nullius pe
ne corporis amicam diligit.

Pungat: præ macilentia. **S**e
ra: species seræ. **E**minet: uide
tur eminere. **C**arnari⁹: corporu
lentia aliqua delector.

Thaida. Idem argumētū:
miratur oculos Flacci in
cidisse in eam quæ uix inspic
potest: quæ cū uiderit dicit eū
etiam posse uidere incorpore
um indicans corpore carere ei⁹
amicam: quasi dicat amica tua
non habet corpus.

Non est. Post recētem Ly
diæ cōcubitum hoc scri
bit: quæ formosam carnem ha
bere fatetur sed nō faciem: nā
caret illecebris & insulsa est.

Carnem: formosum corpus.
Aedilis: præfecti templis cu
randis: si qua imago in templis
aut sudasset aut esset locuta pu
tabant portentum. Lydiam im
mobilem & illecebris carentē
appellat imaginem.

Tanta tibi. Sophronium
muliebri & molli ore mi
ratur potuisse fieri patrem nō
referēs hoc magis ad oris mol
liciem: quæ ad probitatem animi.

Fieri patrem: idest habere rem
cum uxore: simul innuit eum
raro cū mulieribus uersatū.

Vxor uade. Dimittit uxorem
a poeta: et fit diuortium al
latis causis iustissimi discidium.

Curi⁹: dentatus arator. **T**a
ti⁹: rex sabinorumque castissimi ha
bebatur. Surgere: e mentis.

Rumpe latus: dicuntur operam ueneri dantes. **F**ascia. pectoralis: qua utebantur mulieres. **P**atet: satis nuda est: quasi dicat nunquam tam nuda est qui magis nudam esse optem. **O**pus: nostrum coitum. **M**otu: crissatione. **S**ederat equo. Huius generis coitus meminit Ouidius in arte: sed contrario sensu: nam Hectorem dicit insedissee Andromache equo hecctoreo: utebatur Hectore tanquam equo: nam ipsa supra erat. rãt æ erant illæ illecebræ Andromaches: ut serui uidentes masturbarent. **S**is lucretia: id est utaris moribus lucretiæ. **T**haida: uolo: te habere mores Thaidis & lasciuos.

ExPLICITUM. Deridet Septitianum qui legendum librum Martialis suscepit: non studio quidem legendi: sed ut sui quoque a Martiale legerentur: hoc cum poeta intelligat restituto libro scribit. **C**ornua: usque ad umbilicos: qui quidem ex cornu fiebant: ut scribit Porphirio.

Quæuis. Ultima manus est undecimi libri ubi se plura potuisse scribere monet: si quis esset qui munera daret: & leuaret difficultatem domesticam. **L**upus: usurarius. **D**iaris: quotidianum uictum dicunt & quidem seruorum: ut hic Martialis accipit & Horatius: Cum suis urbana Diaria rodere ma uis. **D**iaris: item erant libri quibus res quotidianæ continebantur. **S**olue usuram: danda lupo & Diaria pueris: id est seruis.

Et iuuat admissa rumpere luce latus.
Fascia te tunicaque tegunt obscuraque palla:
At mihi nuda satis nulla puella patet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das auia qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus nec uoce iuuare:
Nec digitis tanquam tura merumque pares.
Masturbantur phrygii post hostia serui:
Hectoreo quotiens sederat uxor equo.
Et quis itaco stertente pudica solebat.
Illic penolope semper habere manum.
Pædicare negas dabat hoc cornelia graccho
Julia pompeio: portia brute tibi.
Dulcia dardanio nondum miscente ministro
Pocula: iuno fuit pro ganymede ioui.
Si te delectat grauitas: lucretia toto
Sis licet usque die: thaida nocte uolo.

Ad Garricum.

Mittebas libram: quadrantem garrice mittis
Saltem semissem garrice solue mihi.

Ad Maximum.

Albi maxime si uacabit hora
Hoc tantum lege: nanque & occupatus
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quattuor: sapisti.

Ad Septitianum.

ExPLICITUM nobis usque ad sua cornua librum:
Et quasi perfectum septitiane refers.
Omnia legisti: credo: scio: gaudeo: uerum est:
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

Ad lectorem.

Quamuis tam longo possis satur esse libello
Lector: adhuc a me disticha pauca petis.
Sed lupo usuram puerique diaria poscunt:
Lector solue: taces: dissimulasque: uale.

Scio me. Tribus annis in puincia tacuerat: nunc prisco amica ueniēte scribere incipit. primum autem causam affert silentii sui: deinde in gratiā amici se intermissum opus reuocaturum pollicetur: & additurum librum. Scio: sensus est scio me debere defendere silentii mei cōtumaciam cuius sum reus. **Q**uæ: desidia. **A**bsoluenda est: excusanda. **I**nter urbicas occupationes: si etiā fuissē in rebus urbanis occupatus. **M**olesti: erga diuites quos colimus. **U**bi: in qua puincia. **S**ecessimus: idest uideamur secessisse. **Q**uæro aures: idest desidero aures quibus placeant mea carmina: quasi dicat hic nullæ sunt. **A**lio foro: idest uideor habere causam ubi non sint mei iudices. metaphora est a litigantibus: qui nisi ad suos & præscriptos iudices citentur forum declinant: & litē intermittunt: ita Martialis tāquā apud nō idoneos lectores silebat. **A**uditor: iudicium auditoris subministravit materiā scribendi se. **S**tudere omnibus sæculis: non uident se fore immortales. **A**d summā omnium. i. postremo. **A**ccedit: additur. **R**ubigo: ruditas. **M**unicipiū: meorum. **U**nus aut alter: ratio ē præterea quare nō scripserim: quā quāuis pauci eēt in hoc loco qui carperēt mea carmina: tamen nō possent non uideri multi in loco exiguo: eo quā scilicet nō min⁹ hic unus offenderet: quā multi in urbe. **A**ut alter. i. duo. **I**mperabo mihi. i. præf consiliū meū conferam me ad scribendum. **R**efero grām. i. cuius meritis non uideor satisfacere. **Q**uæ possum: cū multa plura debeā. **I**ndulgere: relaxare animū. **S**ua aduentoria: epistola aduentoria dicit: quæ amico ueniēti occurrit. **P**ericlitantē: non sunt in piculo ut delect. **S**eposito nitore: nō desiderata expolitōe. **Q**uod ē difficillimū: cū tu sis nitidissim⁹ & debeas iure tuo exigere nitorem. **H**ispaniēsis liber: quæ romana lingua in hispania ē cōposit⁹ hispaniēsis dicit: hispan⁹ quæ in hispania lingua hispana est cōpositus.

M. Valerii Martialis liber duodecimus.

Scio me patrociniū debere cōtumacissimæ trienni desidia: quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes urbicas: quibus facilius consequimur: ut molesti potius: quā officiosi esse uideamur: ne dū in hac prouinciali solitudine. **U**bi nisi etiā intēperanter studeamus: & sine solatio & sine excusatione secessimus. Accipe ergo rationē in qua hoc maximū & primum est quod ciuitatis aures: quibus assueuerā: quæro & uideor mihi in alieno foro litigare. Si quid est enī in libellis meis quod placeat: dictauit auditor illā iudiciorū subtilitatem. Illud materiā ingenium: bibliothecas: theatra: conuentus: in quibus studere se uoluptatibus nō sentiūt ad summā omnium ea quæ delicate reliquimus: desideramus quasi destituti. Accedunt his municipalium rubigo dentium & iudicii loco liuor: & unus aut alter mali: in pulillo loco multi aduersus quos difficile ē hēre quotidie bonū stomachum. Ne mireris igitur abiecta ab indignante: quæ a gestiente fieri solebant: ne quid tamen & aduenienti tibi ab urbe & exigenti negarem. Cui non refero gratiam: si tantum ea præsto quæ possim: imperabo mihi: cui indulgere consueueram: et statui paucissimis diebus ut familiarissimas mihi aures tuas exciperem aduentoria sua. Tu uelim ista quæ tantum apud te nō periclitantur diligenter aestimare: et excutere non graueris et quod tibi difficillimum est: de nugis nostris iudices liuore seposito: ne romanam: si ire decreueris: nō hispanientem librum mittamus: sed hispanū.

Perit igitur ne desideret elegantiam: ut plane uideat mittere hispanū. i. ruditate & lingua hispana compositum ex hispania: & nō hispaniensem. i. lingua romana compositum.

Retia. Prisco Terentio cuius gratia ad carmen reuersus ē libellum cōmendat legens dū: quē unī⁹ horæ spatio plegi posse ait: quæ quidē hora si minus erit plena uoluptatis: certe nō tota pdetur: ut ostendat carmē suū nō usquequaque contemnendū esse.

¶ Donare ocia: impartiri tēpus **¶** Molossi: populi epiri sūt nobiles oraculo Iouis dodo

næi: quod apud ipsos est: idē & uenationib⁹ canes apti mitterantur: ut a spartha pelopōne nesi sparthanī & a melita melitæi qui erāt ī delitiis: ut scribit Callimachus: præter sparthanos & molossos tertiū gen⁹ addit Varro ī re rustica pastorale.

¶ Quiescit: ab indagine uenatorū. **¶** Hora: quā cōsumis ī legendo libello. **¶** Aestiuā horā: dicimus datā relaxationi animi & plenā uoluptatis. **¶** Perit tibi: male collocat: quā aliquā capies uoluptatem.

Quæ mō: Librum alloquitur quē ut olim ex urbe mittere solebat: ita nunc ad urbem mittit. **¶** Pyrgi: urbs in tyrrheno littore: unde ad triginta stadia frequentissimū fuit ceretanorū emporiū: meminit Virgili⁹: Et pyrgi ueteres intempestæp grauis cæ. de hoc oppido itelligo potius q̄ aut de turrib⁹ ligneis: aut de turri capitonis: quæ ī hispania est in media petra: quīs pyrgos significat turrim: pyrgos aut mittebant carmina: ut inde mitterent ad urbes pxiō portu uel emporio.

¶ Mō: cum essem in urbe.

Ad populos. Idē argumentū. cōmendat librū hispanū Stellæ poetæ. **¶** Nup: supiorib⁹ annis.

¶ Tetrici: quoniā ei⁹ aquis feræ tēperat: uel tetricos: accolat. **¶** Hospes: externus. **¶** Fratres: libellos. **¶** Domus remi: roma. **¶** Noui templi: nouū templū palatinū appellat: quod redditū dicit eē musis fauore Neruæ īperatoris: qui poetas aplectabat: & apte: nā poetæ scripta in æde Phœbi palatini erant & recitabatur: eadem dicta ædes musarū in palatio: ut Horatius scribit. **¶** Reddita: fauore Neruæ. **¶** Prima suburra: p̄ma parte suburra. **¶** Mei consulis: Stellæ: nā cōsulatum adeptus erat: p̄ quo supra Phœbum sic rogat: Campis diues Apollo sic murinis. **¶** Sititor aquæ hiantæ: hoc est qui diu optauit Hiantidem coniugem in cuius ædibus fontem fuisse & Papi. carmine testati sumus: & Mart. ipse indicauit: simul alludit ad fontem parnassi: nam hiantes populi thratia parnassum īcoluerunt: Vnde fons hiantheus parnassi⁹ dici potest. **¶** Vbi: apud Violantillam. **¶** Urrē uitreo. i. aquis uitreis. **¶** Siccis: sine lachrymis desiderio mei.

¶ Ad Priscum.

¶ Retia dum cessant latratoresque molossi:

Et non inuento silua: quiescit apro.

Ocia prisce breui poteris donare libello:

Hora nec aestiua est: nec tibi tota perit.

¶ Ad sua carmina.

¶ Quæ modo littoreas ibatis carmina pyrgas

Ite sacra: iam non puluerulenta uia est.

¶ Ad librum suum.

¶ Ad populos mitti qui nuper ab urbe solebas:

Ibis tu romam nunc peregrine liber.

Auriferi de gente tagi tetricique salonis

Dat patrios manes: quæ mihi terra potens.

¶ Non tamē hospes eris: nec iā potes aduena dicit:

Cuius habet fratres tot domos alta remi.

Iure tuo ueneranda noui pete limina templi:

Reddita pierio sunt ubi templa choro

Vel si malueris prima gradiere suburra:

Atria sunt illic consulis alta mei.

Laurigeros habitat facundus stella penates

Clarus hiantæ stella sititor aquæ:

Fons ibi castalius uitreo torrente superbit:

Vnde nouem dominas sæpe bibisse ferunt.

Ille dabit populo patribusque equitique legēdū:

Nec nimium siccis perleget ipse genis.

¶ Titulum: nomen auctoris.

Quod Flacco prisco gratis agit: q̄ tanq̄ alter Meccenas eū ad poeticē reuocauerit.

¶ Loquax: celebris fama. ¶ Charta anus: carmina futura antiq̄ apud posteros. ¶ Dicet: narrabit & testabit. ¶ Ataus regibus: alludit ad carmē Horatii: Meccenas ataus edite regibus. Vir. & Varrus incognitū Horatiū meccenati cōciliauerunt: qđ ipse testat optim⁹ olim Vir. Varri⁹ post hunc dixere quid essem. ¶ Ingeniū desidia. i. ocii litterarii: cōtra illi

beralis desidia est ignauia.

Quid titulū poscis: uersus duo tresue legantur:
Clamabunt omnes te liber esse meum.

¶ Ad Priscum.

Quod flacco uarioque fuit summoque marōi:
Meccenas ataus regibus ortus eques,
Gentibus & populis hoc te mihi prisce terenti
Fama fuisse loquax: chartaque dicet anus.
Tu facis ingenium: tu si quid posse uidemur
Tu das ingenuæ munera pigritiæ.

¶ Ad Cæs.

**¶ Longior undecimi nobis decimique libelli
Artatus labor est: & breue ralis opus.
Plura legant uacui quibus ocia tuta dedisti:
Hæc lege tu cæsar: forsan & illa leges.**

¶ In commendationem Neruæ.

**¶ Contigit ausoniae procerum mitissimus aulae
Neruæ: licet toto nunc elycone frui.
Recta fides: hilaris clementia: cauta potestas
Iam redeunt: longi terga dedere metus.
Hoc populi gentesque tuæ pia roma precantur
Dux tibi sit semper talis: & iste diu.
Maeste animi quē rarus habet morūque tuorū
Quos numa quos hilaris posset hēre cato.
Largiri præstare breues extendere census:
Et dare quæ faciles uix tribuere dei.
Nunc licet. & fas est: sed tu sub principe duro
Temporibusque malis ausus es esse bonus.**

¶ De Lygia.

**¶ Toto uertice quot gerit capillos
Annos si tot habet ligia trina est.**

**¶ Hilaris: alioquin stoice frontis eēt. ¶ Census: exercere liberalitatē: nam qui liberalitatem exer-
cēt dicunt̄ extēdere diuitias: qm̄ ut supra dixit: Quas dederis solas semp hēbis opes. ¶ Bre-
ues: cito interituros. ¶ Quæ dei. i. dare potes quæ dei rogati uix dare possunt. ¶ Principe
duro: Nerone: in cuius aula uersabaris. ¶ Esse bonus: exercere liberalitatem.**

**¶ Toto. Caluā Triphilē appellauit supra. i. triū capillorum. hanc urbaniter Ligiaē esse
scribit. Ligia uero nomen fuit unius ex sirenibus: hæc alia ē. ¶ Trina: triū annoꝝ**

Longior. Decimū quod su-
pra dixit: & undecimum
emendauit: quīs iā essent emis-
si: multaq̄ detraxit rogat Cæ-
sarem ut utrūq̄ in breuitatem
noua emendatione redactū le-
gat: relinquatq̄ legēdū integre
his quibus ip̄e opibus suis & li-
beralitate ocii dedit: sed cum
doctus sit fortasse etiā detracta
epigrammata leget. ¶ Longior: q̄
erat ualdē longus. Artatus: no-
ua emēdatiōe. ¶ Vacui carentes
negociis. ¶ Nec redacta: ī breui-
tatem.

Contigit. Congratulatur
poetis & uirtuti q̄ princi-
pē doctū & uirtute præditū ro-
ma hēat: simul assentādo ait po-
pulos romanorū socios optarū:
ut roma semp hēat talē ducē &
neruā: q̄a semp uiuere non pōt
diutissime. ¶ Contigit: diuinit⁹
datus est. ¶ Aulae ausoniae: im-
perio roma. ¶ Frui helicone: libere
uacare musis. ¶ Cauta: prudēs
& sapiens & non temeraria.

**¶ Iam redeunt: in sæcula nra.
¶ Met⁹: hoc dicit ī Domitianū:
quē metuebāt olī. ¶ Tuæ: quæ
tibi parēt. ¶ Maeste animi: laus
Neruæ quē optimū fore uati-
cinat̄ principē: cū ei data sit po-
testas benefaciendi: qua olim q̄
uis careret: tñ multis pdesse nō
dubitabat: ēt sub Nerone cru-
deli principē. ¶ Maeste: magis au-
ste & foelix. ¶ Quem: qualē ani-
mū. ¶ Quos: quales mores. ¶ Hila-**

Terrarum dea. Traianum laudat: cui tam longam uitam fore ait: & tantum inesse roboris iuuenilis & lacertorum: ut roma plane confidere possit omnes populos aspectu tanti ducis perterritos uenturos sponte in ditionem. **S**ecundum: proximum in laude. quod dicitur extra omnem compationem. **C**omputaret: a quo colligeret. **M**ilitem: robur militis. **P**arthorum proceres hi omnes sunt populi: qui saepius hostes erant populo romano. parthi lingua scythica dicuntur exules ut Trogius: nam ex orientali scythia migrantes uenerunt in assyriam: ibique locatis domiciliis Parthi dicti sunt nobiles morte Crassi & pugna adeo tuti: ut maximos exercitus romanos saepe uel eluserint: uel deleuerint.

Seres: Claudio imperatore opera liberti Annii amicitiam cum populo romano iniuerunt: magnitudinem humanam non excedunt: rutilis comis: caeruleis oculis: nullum cum externis commercium linguam habentes: arbores lanigeras habent: unde uestes romanis mulieribus texebantur: quibus pellucebant. Ferri item & pellium praestantia abundant: supra centum annos uiuere dicuntur: quemadmodum aethiopes Macrobius. Seres lingua illa significat sylii nobiles: sauromatae a graecis dicuntur: nostris sarmatae auctor Plinius getae histrum flumen accolentes finitimi sunt Dacis: quorum sermone utuntur: sed notiores ipsi fuerunt graecis: quoniam in utraque ripam euagabant. **P**ossunt ostendere Caesarem. id est habeo quem admiremini: & possitis uenerari: hic iuuenis mihi satis est ad totum orbem in officio continendum.

Halma. Traianus de dacis & scythis triumphauit auctore Eusebio: hyberos praeterea sauromatas arabas in fide accepit: agit gratias poeta quod eius triumphis & uictoriis ita sedata sit hispania ut in quietissima uiuat

pace. nam palma accipio pro uictoria quamuis suspicari liceat proprium nomen esse praefecti puincia: quod placet intelligas. **P**eregrina: hispania. **I**ugo placido: imperii tui.

Tuos mores: placidos: docuisti uiuere moribus tuis.

Habet. Aphricani diuitis auaritiam carpit: qui cum multa haberet: plura seruilibus officiis aucupabatur. **N**imis. id est supra quam necesse sit. **S**atis quantum optat: omnes plura cupiunt quam habeant.

Parthenio. Parthenio praefecto cubiculariorum quem superiore carmine saepe appellauit: commendat librum reddendum Imperatori. **T**uo: qui te colit: nam doctus erat. **Q**uis bibit plus. id est quis est doctior. **D**e grege pyerio. id est inter poetas. **V**acabit: id est uacuus erit negociis. **B**reuem: pauca continentem.

Un commendationem Traiani.

Terrarum dea gentiumque roma
Cui par est nihil & nihil secundum.

Traiani modo lata cum futuros
Tot per saecula computaret annos
Et fortem iuuenemque martiumque
In tanto duce militem uideret
Dixit praeside gloriosa tali
Parthorum proceres ducesque serum
Traces: sauromata: getae britanni
Possum ostendere caesarem: uenite.

Ad Caesarem.

Palma regit nostros mitissime caesar hiberos:
Et placido fruitur pax peregrina iugo.
Ergo agimus lati tanto pro munere grates
Misi mores in loca nostra tuos.

De Aphricano.

Habet aphricanus millies: & tamen captat
Fortuna multis nimis dat: satis nulli.

Mittit librum ad Parthenium.

Parthenio dic musa tuo nostroque salutem
Nam quis ab aonio largius amne bibit?
Cuius pipeleo lyra clarior exit ab antro
Quem plus pierio de grege phoebus amat.
Et si forte sed hoc uix est sperare: uacabit
Tradat ut ipse duci carmina nostra roga
Quattuor & tantum timidumque breuemque libellum.

Hunc tua roma legit: uerba Partheii ad Imperatorem Deo: Imperatori. Mando cætera. i. reliqua in arbitrio Impatoris relinquo: ut scilicet det aliquid: quasi dicat quū duo mihi optem in hoc. i. commendationem & munus: tibi tribuo partes commendationis munus expecto ab Imperatore.

OMnia. In Posthumum ebrium qui madidus uino omnia pmittebat: sobrius nihil præstabat: optat poeta ut cum nunquā fit liberalis: nisi cum sit ebrius bibat etiam

mane. nam si nocte ebrius promisit & mane ebrius dabit.

Genus aucte. Supra etiam dixit in diuites eos irasci non iure: sed quia id ipsos iuabat quia. s. nihil irati dabant.

Parcius. Priscum uenatorem fuisse supra ostendit epigramma. Retia dum celiāt. hūc monet ne præcipiti equo imprudentius ferat cum id non fiat sine capitis periculo. Partius: lentius & tardi⁹. Veredi: equi a uelocitate rhedæ trahē dæ dicti sunt quorū aurigæ ueredarii appellabant. Satisfecit prædæ: casu suo. Insidias: loca parata ad mortem. Fallere: uestigia equi. Leuiore: quoniam querela de te esset grauior q̄ de aliis in deos. Laxæ habent: equi præcipitis. Equitē: fessorē. Rumpere leporem: defatigare. Rumpere equitē: interimere fessorē.

Quicquid. Traianus ornata priuata mēsa Domitiani cum primum ad imperium peruenit: dicauit Ioui auctore Plinio in panagirico ad Traianum: hoc factum laudat poeta. Parrhasia: palatina.

Flāmas scythicas: smaragdos scythicos: quod placet potius q̄ de auro scythico qd̄ a formicis & grypib⁹ eruitur: nam smaragdi scythici præter cæteros commendabantur: & in gemmatis poculis erant. Stupet: cum admiratione inspicit.

Lusus graues: hoc est preciosas lasciuias poculorum. Nuper: sub Domitiano. Suppit:

Commendet uerbis: hunc tua roma legit:

In Posthumum.

Omnia promittis cum tota nocte bibisti
Mane nihil præstas posthume mane bibe.

Ad Auctum.

Genus aucte lucri diuites habent iram
Odisse quam donare uilius constat.

Ad Priscum.

Partius utaris moneo rapiente ueredo
Prisce: nec in lepores tam uiolentus eas:
Sæpe satisfecit prædæ uenator & acri
Decidit excussus nec rediturus equo.
Insidias & campus habet: nec fossa nec ager
Nec sint saxa licet fallere plana solent.
Non deerunt qui tanta tibi spectacula præstent:
Inuidia fati sed leuiore cadunt.
Si te delectant animosa pericula: tuscis
Tutior est uirtus: insidiemur apris.
Quid te frena iuuant temeraria sapius illis
Prisce datum est equitem rumpere q̄ leporē.

Adulatorium.

Quicquid parrhasia nitebit aula:
Donatum est oculis deisque nostris,
Miratur scythicas uirentis auri
Flammas iuppiter: & stupet superbus
Regis delitias grauesque lusus.
Hæc sunt pocula quæ decent tonantem:
Hæc sunt quæ phrygium decent ministrum.
Omnes cum ioue nunc sumus beati:
At nuper pudet: at pudet fateri.
Omnes cum ioue pauperes eramus.

Im Labienum.

Addixi labiene tres agellos.

carebat ornamento & nos pauperes eramus: omnibus opibus collatis in suppellectilem priuatam: nihil enim nobis dabat.

Addixi. In eundem ferme sensum est quo in eum qui seruum edit. hic uendit tres

agellos & totidem emit pueros. Addicere: est plus precii pollicenti aliquid uendere: quæ admodum res sub hasta.

Quare tam. Lentini gulam accusat: qui febricitans nullo generi delitiarum abstinere: cõquereretur: quæ febris nõ discederet: poeta respondet eam recte agere: cū tam opulentum & delicatum dominum habeat. **S**etino: uino quod iudicio Augusti tenuit principatum. **N**iuem: expressam ex niuibus. **C**ircunfusa rosis. i. coronis rosaceis. **N**igra: uncta amomo. **P**urpureo: nam tori purpura tegebant. **D**amma: lippus erat sordidus & pauper: ut poeta alibi indicauit.

Sit tam pulchræ: idest tam bene habeat.

Cum tu. Lætus ocio in quæ ab urbe discesserat post xxxiiii. annum ad Iuuenalem amicum scribit uersantem in laboribus urbanis: uitæque suæ quietem commemorat: in qua & ætatem agere uult & mori. **D**uo ut supra dictum est fuerunt Iuuenales: quorum alter consularis & historia Taciti nobilis est: alter satyrarum scriptor sui temporis: testem non habuit præter Martialem qui ad eum scribit.

Superba: ædificata abundans auro & ferro. **F**ecit rusticum: uitæ rusticæ addixit. **C**lamorosa: ob clamorem uendentium res. **D**ianæ: cuius foribus pendebant cornua bouum cum in aliis ceruorum essent: auctor Plutarchus. **M**aior & minor celi ad colliculos celi refert: quæ ita surgebant ut ad radicem frequens esset habitatio ditiorum: nam cliuosus erat. **B**otrodum: oppidum cum nemore. **P**lateam: oppidum finitimum. **D**ulci labore: animi relaxatione. **T**ertia hora: quæ Romæ data est caudicis. **T**otum repono: quantum ego uigilaueram Romæ: tantum hic dormio & refartio quicquid Romæ amisi. **Q**uidam nostrorum temporum scriptor accipit hoc loco Repono pro scribo: heu dementiam hominis: o uerecundiam nonne hic de somno loquitur. nonne dicit se reparare somnum dormiendo: quæ in urbe uigilando amiserat. plura in Iuuenalem diximus. Iuuenalis: Meliora ac pula reponit. **P**ersicorborum lautissimus. **R**eponit: reparat: refarcit: ut hic. **T**oga uestis: quæ præstabat officium erga diuites. **P**etenti. s. cum surgo a cathedra: nam ibi reposita uestis fuerat. & mortem ostendit hominis rusticantis: quæ dum

Finisti labiene tres cinædos.

Pædicas labiene tres agellos

In Lentinum.

Quare tam multis a te lentine diebus
Non habeat febris quæris: & usque gemis:
Gestatur tecum sella: pariterque lauatur:
Cenat boletos: ostrea: solum: aprum.
Ebria setino fit sæpe & sæpe falerno:
Nec nisi post niuem cæcuba potat aquam.
Circunfusa rosis et nigra recumbit amomo:
Dormit et in pluma purpureoque toro.
Cum sit tam pulchræ: tam bene uiuat apud te:
Ad dammam potius uis tua febris eat.

Ad Iuuenalem.

Dum tu forsitan inquietus erras.
Clamora Iuuenalis in suburra
Aut collem dominae terris dianæ:
Dum per limina te potentiorum
Sudatrix toga uentilat: uagumque
Maior celius: et minor fatigant.
Me multas repetita post decembres
Accepit mea rusticumque fecit
Auro bilbilis et superba ferro.
Hic pigri colimus labore dulci
Boterdum plateamque celtiberis:
Hæc sunt nomina crassiora terris:
Ingenti fruor improboque somno:
Quem nec tertia sæpe rumpit hora:
Et totum mihi nunc repono: quicquid
Terdenos uigilaueram per annos.
Ignota est toga: sed datur petenti

rom
ma
C
ma

it dormitum uestem conicit in cathedram solut⁹ curis: & omnes delicias aspernatus cō-
tēnens repositoria. ¶ Rupta: auget paupertatem: dū ait cathedram quoq; ipam ruptam
fuisse. ¶ Ruptum: p lacerato supra dixit: Qui sanat ruptos: alludens ad morbum & auar-
ritiam suorum temporum. ¶ Vicini iliceti: pximi luci. ¶ Coronat: circūdat. ¶ Sequit^r
me egrediētem domo: ¶ Leuis: politus: nā rustici fiebant. ¶ Tonsi: abhorrentes a cul-
tu urbano: ubi intonsi erant.

Rupta proxima uestris: & cathedra
Surgentem focus excipit superba
Vicini strue cultus iliceti,
Multa uillica quem coronat olla
Venator sequitur: sed ille quem tu
Secreta cupias habere sylua.
Dispensat pueris rogatque longos
Leuis ponere uillicus capillos.
Sic me uiuere: sic iuuat perire.

¶ De Aemilio.

In thermis sumit lactucas oua lacertum
Et cœnare foris se negat aemilius.

¶ Ad Fabulum.

Quare non habeat fabullæ quæris
Vxorem themison: habet sororem.

¶ Ad Marcellam.

Municipem rigidi quis te marcella salonis:
Et genitam nostris quis putet esse locis:
Tam rarum: tam dulce sapis: pallatia dicent
Audierint si te uel semel esse suam.
Nulla nec in media certabit nata suburra
Nec capitolini collis alumna tibi.
Nec cito ridebit peregrini gloria partus
Romanam deceat quam magis esse nurum.
Tu desiderium dominae mihi mitius urbis
Esse iubes: romam tu mihi sola facis.

¶ De Philenide.

Quam sit lusca philenis indecenter
Vis dicam breuiter tibi fabulle,
Effet caeca decentior philenis.

romanam: & non hispanam. ¶ Iubes esse: facis ut minus desiderem romam. ¶ Facis ro-
mā: repræsentas mihi romā: cum te audio.

¶ Quam sit lusca. Philenis lusca & deformis erat tanta deformitate: ut si esset caeca mi-
nus uideretur: nam cum alterum habeat oculum: & cætera conueniant habet for-
mam mentulæ: ut supra: Non basio te phileni lusca es.

IN Thermis. Aemyli⁹ cū
cœnas captaret nolebat
uideri id agere: & ne apud diui-
tem cœnaret: post thermas ibi
dem sumebat tm̄ ientaculoꝝ:
ut cœna nō indigeret. iactabat
ergo sæpe se non cœnare foris
quod habebat ludibrio: poeta
ostendit causam quare id faci-
at quia scilicet in thermis lau-
tum sumat prædium. ¶ In ther-
mis: nam captatores cœnæ la-
uabantur prius cum diuitibus
in thermis: postea sequebatur
cœnam paratam. ¶ Sumit: gu-
stat: ita inanem hominis iactan-
tiam eludit.

¶ Vare. Themison discipu-
lus fuit Aesclopiadis me-
dici: alter hic est qui sorore ute-
batur p uxore.

Municipem. Marcellā his-
panā laudat: quæ & uos-
ce & moribus romana plane ui-
debatur. ¶ Tam rarum. i. tantā
grauitatem cum comitate con-
iunxisti. ¶ Certabit: grauitate &
moribus. ¶ Suburra regio ur-
bis dicebat: uel quod sub muro
terreo carinarum eēt: uel ut Lu-
nius scribit sub antiqua urbe.
¶ Peregrini partus: sensus ē ne
filii ex te nati cito te agnoscer^t
putantes te esse mulierem ro-
manam: non hispanā. Risu aut^m
filii se parentes agnoscere testa-
tur Virgilius: Incipe parue pu-
er' risu cognoscere matrem.

¶ Peregrini partus: idest natus
ex te peregrina. ¶ Ducat: putet

Dentibus. Lælia anus accersitis capillis & dentibus uolebat puella uideri: oculi deformatem quo carebat non poterat emendare in quo iocat poeta.

Olocunda. Couinnus currus britannicus erat qui sine auriga equis pusillis trahebat hunc donauit Elianus Martiali: eius laudat solitudinem. alloquiturq; couinum.

Essedum: genus currus. couinni meminit Lucanus: Et docilis rector monstrati belga couinni. **U**uante: quoniam ego ero adiutor. **V**ector niger: sessor maurus. **E**qui libyci: equi massylei. **S**uccinctus: uelox: contra discinctus piger.

Manni: equi pusilli dicuntur quos uulgo burdos uocabant: hi sine rectore curru regebant.

Horatus: si per obliquum similis sagittæ terruit mannos .i. manulos manorum meminit Pompeius. **T**imerem tertiam aure: id est non timerem ne ipse se ad alium uerba nostra deferret.

Sic: mutui sermōis libertate.

Cum rogo te. Thelesinum foeneratorē accusat: qui pecuniam non eius fidei: sed pignoribus credit.

Habes: dicis habere. **C**arus: delator tempore Domitiani ut in commentariis Iuue. testimonio epistolæ Plinii demonstrauimus. **A**d sit: defēdat cām tuam. **E**xilii: si fueris dānat.

Agellus eat: ueniat tecum Agellus: nā hic credidisti pecuniam nō mihi.

Alatronibus. Latrones dicuntur qui latens custodiunt: unde idē & custodes sunt qui assistunt regi: & qui obsident itinera.

Senia cū nollet uideri fellatrix p̄dicabat se a latronibus fuisse fututam. poeta negat eos futuisse: & irruisse: in quē sensum supra dixit: Hi puto non dubie se futuisse negant. **N**egant: qui irrumant.

Poto ego. Cinnā conquirentē q̄ Marti. aliud potaret uinū: q̄ ipse: rēpm̄ hoc disticho: nō dabat ei bonū uinū: qm̄ nimium potabat. **B**ibere idē est bibere idē uinū: **B**ibere idem est tantūde potare: quod Martialis intelligens fatetur se idem non potare intelligens tantūdem: quibus uerbis notat ebrietatem Cinnæ.

Deunces: uasa. xi. unciarum ad mensuram. **S**exaginta. Senatorem accusat: qui plurima diuitum limina adibat: ut salutaret: simul obiurgabat poetam: q̄ desidiosus esset: cum ipse senator obiret officia in diuites: &

In Leliam.

Dentibus atque comis: nec te pudet uteris ēptis: **Q**uid facies oculo lelia: non emitur.

Ad iuuenem de couinno.

O iucunda couinne solitudo **C**arruca magis essedoque gratum **F**acundi mihi munus eliani **H**ic mecum licet hic iuence quicquid **I**n buccam tibi uenerit loquaris. **N**on uector libyci niger caballi **S**uccinctus: nec cursor antecedit **N**usquam est mulio: mannuli tacebunt. **O** si conscius esset hic auitus **A**urem non ego tertiam timerem **T**otus quam bene sic dies abiret.

In Thelesinum.

Cū rogo te nūmos sine pignore: nō habeo inquis **I**dem si pro me spondet agellus: habes:

Quid mihi non credis ueteri thelesine sodali **C**redis colliculis arboribusque meis:

Ecce reum carus te detulit: adlit agellus **E**xilii comitem quæris: agellus eat.

In Seniam.

Alatronibus esse te fututam.

Dicis senia: sed negant latrones.

In Cinnam.

Poto ego sextantes tu potas cinna deunces **E**t quereris quod non cinna bibamus idem.

In auarum amicum.

Sexaginta teras cum limina mane senator **E**sse tibi uideor desidiosus eques:

Quod non a prima discurram luce per urbem

Martialis eques idem non faceret: respondet poeta: & cum docet cur idem munus non su-
 beat: quia. s. ille ex salutationibus suis aut consulationibus assequatur: aut magistratus: poe-
 ta ex his laboribus uix coenula. des. i. consulationibus. **M**atutinum. i. inter matutinum **V**agus:
 non constructo calceo. **A**quae crassae: sudoris. **G**elida: refrigerato sudore. **N**on ego ma-
Hlo: non debeo magis uelle. **I**dem faciamus. i. eosdem labores. **N**on habemus: idem. s. precium.
Hermogenes. Tigellius Hermogenes citharædus fuit suauitate cantus Iulio Cæsari

Et referam lassus basia mille domum.
 Sed tu purpureis ut des noua nomina fastis
 Aut numidum gentes capadocum ue petas.
 At mihi quem cogis medios abrumpere somnos
 Et matutinum ferre patique lutum.
Quid petitur rupta cum pes uagus exit aluta
 Et subitus crassæ decidit imber aquæ.
 Nec uenit ablatis clamatus uerna lacernis.
 Accedit gelidam seruus ad auriculam.
 Et rogat ut coenes secum letorius inquit:
 Viginti nummis non ego malo famem.
Quod sit coena mihi: tibi sit prouincia merces:
 Et faciamus idem: nec mereamur idem.

De Hermogene fure.

Hermogenes tantus mapparum pontice fur est:
 Quantus nummorum uix puto massa fuit.
 Tu licet obserues dextram: teneasque sinistram:
 Inuenit mappam qua ratione trahat.
 Ceruinus gelidum sorbet sic alitus anguem:
 Casuras alte sic rapit iris aquas.
 Nuper cum myrino peteretur missio læso:
 Subduxit mappas quattuor hermogenes.
 Cretatam prætor cum uellet mittere mappam.
 Prætori mappam surripit hermogenes.
 Attulerat mappam nemo: dum furta timentur:
 Mantile e mensa surripit hermogenes.
 Hoc quoque si deerit medios distringere lectos
 Mensarumque pedes non timet hermogenes.

primum placuit: tum Cleopæ-
 træ: hic nomē fictum est in fu-
 re appositum: nā Hermogenes
 dicitur nat⁹ ex Mercurio: Au-
 tolycus autem Mercurii filius
 furacissimus fuit: est igit⁹ Her-
 mogenes alter Autolycus: sed
 his mappas surripiebat i qua-
 rum furtis recēsendis poeta ri-
 sum mouet. **B**ebius Massa:
 spoliatae puinciae accusatus ē
 temporibus Domitiāi: quā ac-
 cusationem peregit Pli. ut ipse
 multis in locis epistolæ testa-
 tur. **B**ebii: item meminit Ta-
 citus: quem aphricæ puinciae
 pcuratorē fuisse scribit. **M**as-
 sam: Senectio bithinicae puinciae
 aduocatus oppugnauit uehe-
 ment⁹: quod nonnulli scribunt
 de massa numulario: nondum
 comperi: cum delatorē reum
 uellet nominare. Iuue. inquit:
 Quem massa timet quem mu-
 nere palpat Car⁹. **T**rahit: sur-
 ripit. **H**alitus: spiritus ceruo-
 rū auctore Lucretio & Pli. ser-
 pētes etiam e cubiculo reniten-
 tes extrahit. **I**ris: quæ fit ex
 mixtura nubium: & percussio-
 ne radiorū Solis: ut scribit Pli-
 nius: aquas ad se trahit Lucreti-
 us: Tum color in nigris existit
 nubibus arci: & cætera. **M**iri-
 n⁹: gladiator erat: ut supra: Cū
 peteret pars hæc mirinum. Is
 uolebat missionem impetrare:
 amicisq; parauerat cōuiuium.
Læso: debilitato: nam debi-

litati gladitores uulnerib⁹ missionem impetrabant. Iuuenalis: Sergiolus iam radere gut-
 tur Coeperat: & requiem secto separare lacerto. **C**retatā: candidam: nā prætores ex ludis
 suis mappā mittebāt in eū hoc ē emittebāt i eū q in circo aurigaret. **T**raquill⁹ de Nerōe au-
 rigante: Aliquo iquit libertoriam mittente mappam: unde magistratus solent: Expone
 igitur mitteret: idest emittēre uellet: Auguriant i circo Hermogenes subiēs clam sur-
 ripuit. **D**istringere: nudare & spoliare. **P**edes mensarum: nam ad pedes sedebant serui.

Vela: quibus theatrum tegitur. **S**ubstringere: colligere. **C**alui linigeri: sacerdotes Isiaci dicebant: quod & rasi essent & lineo uterentur habitu: Nam tertio quoque die tondebantur ne pilorum sordibus inter sacrificandum piaculum committerent: ut Herodotus. **L**ineum fuisse habitum illorum testatur Tacitus: qui ubi Tranquillus dixit de Domitiano Mane Isiaci cælatus habitu iter sacrificulos uanæ superstitionis: scribit solertia liberti lineo amictu turbæ sacrificolæ immixtus. **O**uidius: Nunc dea linigera collitur celeberrima turba. **F**iebant potissimum ægyptiorum sacerdotum uestes ex lanugine: quæ ex frutice gossipio nascebatur ad superiorem partem ægypti: alii xilon dixerunt: unde uestes xilinæ appellabantur. **S**istrata: Isidis sacerdotes baculo: quem sistrum appellabant utebantur: & supra poeta dixit: Et pilata subit itaque reditque cohors.

Quamuis non modico caleant spectacula sole:
Vela reducuntur: cum uenit hermogenes.
Festinant trepidi substringere carbasa nauæ:
Ad portum quotiens paruit hermogenes.
Linigeri fugiunt calui sistrataque turba
Inter adorantes cum stetit hermogenes.
Ad cœnam hermogenes mappam non attulit unquam
A cœna semper rettulit hermogenes.

Siccus. Aper cum pauper esset: parcam habebat mensam: uolebatque uideri id agere instituto & moribus suis: poeta deridet: aitque sibi non uideri laudandum Aprum: quod sobrius sit: quoniam ea laus sit in seruo: hoc ait secutus sectam suam epigrammatis: in qua non sobrius esse: sed indulgere genio laus erat. **N**on amicum: quia uolo amicum qui indulgeat genio.

Ad Aprum.

Siccus sobrius est aper: quid ad me:
Seruum sic ego laudo: non amicum.

De hortis Marcellæ uxoris.

Hoc nemus: hi fontes: hæc textilis umbra lupini
Palmitis: hoc riguæ ductile flumen aquæ.
Prataque: nec bifero cessura rosaria pesto
Quodque uiret iani mensæ nec alget olus.
Quæque natat clusis æguilla domesticæ lymphis:
Quæque gerit similes candida turris aues.
Munera sunt dominæ: post septima lustra reuerso
Has marcella domos paruaque regna dedit.
Si mihi nauticaa patrios concederet hortos:
Alcinoo possem dicere malo meos.

Hoc nemus. Marcella cuius supra meminuit irriguos hortos ei donauerat: quos hic epigrammate celebrat. **T**extilis: umbra dicitur: quæ ex texti & insertis inuicem ramis fit.

Supini: iacentis & hærenti.

Ductile: quod aliunde deriuatur. **P**æstum: opp. Lucianæ ubi rosæ uernant bis singulis annis: ut triferæ dicuntur in sannio. **O**lus de caule intelligit: cuius perpetua uiriditate hyems: et uernat: & colliculi Apicii industria pruina ad condimenta parabantur. **S**upra: Argentem modo qui reliquit hortum. **N**ec alget: nec ullum signum frigoris præbet. **T**urris: peristerium siue columbarium. **C**andida: nam calææ ex præcepto Columellæ tectoria obstruebantur colubaria: ne feles & meles possent irreperere.

Simile saues: columbas candidas. **R**egna: agellum. **N**auticaa filia fuit Alcynoi regis phæacum: quæ naufragum Vlyxem ad regiam paternam ex littore produxit: longum extat Homeri carmen. horti autem & pomaria Alcynoi incluta sunt monumentis & grecorum & latinorum. **B**ifera erant: ut scribit Homerus & Papini. **Q**uid bifera alcynoi referam pomaria regis. **M**alo meos: potius uolo quos dedit: Marcella quam tuos.

O Iuliaz. Vacerrā deridet: qui calendis iuliis rūs migrabat: ut diues uideret & alicui
æstimationis: nā calendis iuliis: ut ex Trāql. in Tiberii uita p̄cipi licet: senatores mi
grabāt rūs: nec añ licebat secedere: nisi auaro & ignobili: poeta recēset Vacerræ totā sup
pellectilē eunti rūs: & eius qdē inopiā deridet: q̄ solēni die migrabat. **P**ro bina: p̄ pensio
ne duorū annorū. **I**ngenti: adulta & carēte uiro. **I**rus: mēdicus fuit Itacēsis cui nihil erat
roboris: præter linguā: erat aut̄ binomius: nā olī dicebat Arneus: postea Irus a loquacita

In Vacerram.

O iuliarum dedecus calendarum
Vidi uacerras sarcinas tuas uidi.
Quas non retentas pensione pro bina
Portabat uxor ruffa crinibus septem.
Et cum sorore cana mater ingenti.
Furias putauī nocte ditis emerfas
Has tu priores frigore & fame siccus:
Et non recenti pallidus magis buxo:
Irus tuorum temporum sequebaris.
Migrare cliuum crederes aricinum
Ibat tripes grabatus & bipes mensa:
Et cum lucerna corneoque cratere
Matella curto rupta latere meiebat.
Focum ferentis suberat amphoræ ceruix
Fuisse geres aut̄ inutiles manas
Odor impudicus urcei fatebatur.
Qualem marinæ misit aura piscinæ:
Nec quadra deerat casei tolosatis.
Quadrina nigri nec corona pulei
Caluxque restes alleoque cepisque
Nec plena turpi matris olla resina
Summiniane qua pilantur uxores.
Quid quæris edes uillicosque derides
Habitare gratis o uacerra cum possis:
Hæc sarcinarum pompa conuenit ponti.

De Labieno.

Nt pueros emeret labienus uendidit hortos
Nil nisi ficetum nunc labienus habet.

Ad Iulium.

Triginta mihi quattuorque messes
Tecum si memini fuere iuli.
Quarum dulcia mixta sunt amaris:

Triginta. Consilium ē a perito: ut si uelis agere foelicem uitam: nulli te facies nimiū
familiarem: nam ne p̄ fælicitate amicorum nimum ita poteris efferri: nec calami

te mendicitatis: Homer⁹ Ar
neo nom̄ erat: quod ididit m̄
infanti. Irū pueri oēs uocabāt:
supra: Iro pauperior licet fuiss
sem. **C**liuum aricinū. i. omēs
pauperes: quia aricinum locū
tenent. **T**ripes: qui tribus pe
dibus sustentabatur. **M**atel
la: uas urinarium. **M**eciebat:
effluebat. **S**uberat: supposita
erat. **I**mpudicus: foedus. **G**e
res: gen⁹ locaustarū: ut scribit
Plinius: supra: Teque iuuant
geres. **M**enæ: pisces qui colo
rem hyeme mutant. **C**asei to
losani: ex gallia caseus neuma
sens optimus erat: affereban
tur idē tolosates mali saporis.
Quadrina: quattuor añis ser
uata. **P**ulei: manipulum ser
uare docet Cato in re rustica
ad rustica cibaria condienda.
Coronam: manipulum. **R**e
stes: appellant colligata allia.
Derides: quid uideris deride
re uillicos tam tenui supelle
ctile: dum eorū paupertatē ip̄is
ad quos accedis repræsentas.
Ponti: profeuchæ pontis. i.
ista suppellectile habitare inter
mēdicos ad pontē nō cum uilli
cis. **G**ratias: sine pensione.
Vt pueros. locus est ex di
ctiōe. **F**icetū dici locus
ubi multæ arbores ficulneæ
sunt. Item ficetum potest dici
ubi multi sunt laborantes fico
morbo: cum Labienus hortos
uendiderit: & emerit pueros la
borantes fico morbo quē assī
dua subagitatio creabat. **F**icū
habet. i. multos ficosos: quum
poeta uideatur dicere: nihil ni
si consitum ficis.

tate nimium torqueri. siue enim nimium gaudeas: siue doleas nimium: perturbatio est uitae quietae. **I**ocunda: pars uoluptatis. **B**icolor: niger & ruber. **C**andida turba: candidorum lapillorum. **C**auere: declinare. **M**orsus: tristem moerorem animi.

Tanquam. Eodem argumento supra scripsit in Seniam: quae ut fellatiois crimen dissimularet dicebat se esse futuram a latronibus: nam hic Callistratus dicebat se esse praecissum cum irrumationis crimen uellet tegere: quod poeta indicat ex coniectura. nemo enim scelus aliquod fatetur: nisi maius uelit dissimulare. **T**anquam utuas mecum: tanquam mihi soli omnia aperias. **T**acet plura: uult dissimulare grauiora: & qui fellant: ut diximus tacent.

Libras. In Labullum qui paruis muneribus uolebat uideri liberalissimus: cum homines sui temporis auaros superaret: poeta ait eum dignum esse laude: facile enim est auaros liberalitate superare: quod si contendet cum antiquis: erit illogice ultimus: quum sibi uideat suorum temporum primus. **A**ureoli nummismata erant. quae praeter caetera tinnitum habebant: ut supra: Qui crepet aureolos forsitan unus erit. **D**ucere: sustentare amicum duobus mensibus. **O**ptimus: liberalissimus auarorum. **R**edde mihi: repraesentare liberalitate tua. **S**ed priores: antiquos nostri temporis. **F**les ultimus: quia ultimum locum non assequeris. **T**igrim: supra: Ut ne currat Passerinus aut tigris nam uelocissimi erant: comparat Tigrim & Passerinum antiquis: Asellos nouis & recentioribus.

Sed iocunda tamen fuere plura.
Et si calculus omnis huc & illuc
Diuersus bicolorque digeratur:
Vincet candida turba nigriorem
Si uitare uelis acerba quadam:
Et tristes animi cauere morsus:
Nulli te facias nimis sodalem:
Gaudebis minus & minus dolebis.

In Calistratum.

Tanquam simpliciter mecum calistrato uiuas:
Dicere praecisum te mihi saepe soles.
Non est tam simplex quis calistrato credit:
Nam quisquis narrat talia: plura tacet.

In Labullum.

Libras quattuor aut duas amico
Argentemque togam breuemque lanam
Interdum aureolos manu crepantis
Possint ducere qui duas calendas
Quod nemo nisi tu labulle donas.
Non es crede mihi: bonus quid ergo?
Ut uerum loquar optimus malorum
Pisones senecasque memmiosque
Et crispos mihi redde: sed priores
Fies protinus ultimus bonorum.
Vis cursu pedibusque gloriari
Tigrim uince leuemque passerinum.
Nulla est gloria praeterire asellos.

In Nasutum.

Nasutus nimium cupis uideri:
Nasutum uolo: nolo polypoosum.

Nasutus. Nasuti dicuntur qui acriter iudicant: In eos scribit: qui ut scire aliquid uiderentur acriter potius quam perire iudicabant: ex metaphora igitur huiusmodi homines appellat polypoos. polypoosi sunt quorum nasus polypo morbo in foedam magnitudinem excrescit. **N**asutus: nimium iudicator.

Huic qui: Mollem designat: qui uxori Cædidi amici hærebat: ut uir uideretur cum
esset cinædus. Non est quod timeas: non debes timere. Glaber: crure: depilato cru-
re. Improbus: insatiabilis. Non futuit: quia est cinædus. supra: Irrupi Lupe non erat ci-
nædus: quia scilicet ille futuebat: sed hic præcidebatur.

Odi te. Sabellum deridet: qui bellus nolebat dici cum perabsurda sit appellatio uo-
ce ipsa: ut dicas Sabelle belle: bellum mutilato nomine a Sabello. Belle: iocus est in uo-
ce.

Ad Candidum.

Huic qui fœmineis noctesque diesque cathedris
Incedit tota notus in urbe nimis.

Crine nitens niger unguento perlucidus ostro
Ore tener: latus pectore: crure glaber.

Vxori qui sæpe tuæ comes improbus hæret
Non est quod timeas candidè: non futuit.

In Sabellum.

Odi te quia bellus es fabelle:

Res est putida bellus & fabeillus:

Bellum denique malo quàm sabellum

Tabescas uitinam fabelle belle.

In Pontilianum.

Mentiris credo: recitas mala carmina laudo:

Cantas canto: bibis pontiliane bibo.

Pedis dissimulo: gemma uis ludere uincor:

Res una est sine me quam facis: & taceo.

Nil tamen omnino præstas mihi: mortuus iquis

Accipiam bene te: nil uolo sed morere.

In Tuccam.

Non est tucca satis quod es gulosus:

Et dici cupis & cupis uideri.

De Calistrato & Aphro.

Barbatus rigido nupsit calistratus aphro:

Hac qua lege uiro nubere uirgo tolet.

Præluxere faces: uelarunt flamma uultus:

Nec tua defuerunt uerba talasse tibi.

Dos etiam dicta est: nondum tibi roma uidetur

Hoc satis: expectas nunquid & ut pariat.

In Sabellum.

Facundos mihi de libidinosis

faces una cum aqua: ut ait Varro. Talasso nuptiarum deo proprium erat cæmen. supra:

Quid si me talassionem lubeas uerbis dicere non talassionis. Ut pariat: ut illud luvæa.

lateræ tormentum ingens nubentibus hæret: Quod nequeant parere & partu retine-

re maritos.

Facundos. Sabelli poetæ impudentiam carpit: qui composuerat cæmen de uario

Tabescas: fias tabidus. Al-
ludit ad illud res putida: nam res
putidæ tabescunt: uolo inquit
potius bellum quàm Sabellum. i. mal-
lem tantum bellum præcurto no-
mine quàm sabellum bellum. Nam bis
bellum ita inculcamus. Sabel-
læ bellæ: uocantis est & deridè-
tis inculcatione nominis dice-
reris inepte.

Mentiris. In Pontilianum quod
poetæ omne genus officii præstati
nihil dabat: sed pollicebatur se daturum post mortem
nihil ait se uelle Martialis nisi
ut moriatur ut ostendat eum stul-
tum qui amico ex morte spem
proponat: cum ea sit causa non conciliandi
amici: sed ut morte optet.

Dissimulo: ostendo non audi-
uisse. Vincor: cedo. Gemma: la-
tronibus. Quam facis: prædicas.

Accipiam bene te. i. bonis reli-
ctis bene tecum agam.

Non est. In Tuccam qui & gu-
losus erat: & ita nolebat
uideri. eodem argumento supra in
eum qui uolebat uideri pauper
& erat.

Barbatus. Seniorum nuptias
celebratas iusto ferme
ritu testatur Iuue. Nubit amicus di-
xit: & Nero suo Pythagoræ nu-
psit: qui & Doriphorus dicebat:
nupsit Callistratus Aphro nupsit
rat celebrati nuptiis in quo poe-
ta urbis patientiam detestatur: quod file
at tanquam partum expectet. Rigido:
i. metulato & mutoniato:
erat enim draucus. Faces: tæ-
dæ geniales: nam ante ferebantur

faces una cum aqua: ut ait Varro.

Talasso nuptiarum deo proprium erat cæmen. supra:

Quid si me talassionem lubeas uerbis dicere non talassionis. Ut pariat: ut illud luvæa.

lateræ tormentum ingens nubentibus hæret: Quod nequeant parere & partu retine-

concubitus genere: aitque eum non debuisse tanti facere ingenii & eloquentiæ suæ laudē: ut hæc scriberet puellæ Didimi: māgonis: qui Didimus dicebatur: nam Spasio & Hem⁹ puellas quidem habebant molli carmine eruditas. Papinius: diues Spasio: quos agit tumultus: Hunc intrant faciles hemi puellæ: sed Didimus moliores habebat: nomen tali magistro conuenit: cum supra legerimus Didimū spadonem & mollem. hoc magis placet: q̄ ut dicas Didimi. i. phrygiæ a monte Didimo. Elephantis scripsit uaria concubit⁹ genera: ex eius libris Tiberi⁹ cubiculum instruxit editis picturis: quales libri designabant: & Virgilio lasciuo carmine Elephantis nobilis est: ubi Lalage tabelam unam dicat Priapo. Illic: i libris tuis. Nouē: nouē gna concubitus. Taceant: fellationē. Quo symplegmate: idest quo amplexu: Symplegma est complicatio. Catæna: serie in specie catenæ. Tanti: idest tanti non debebas facere te haberi disertū: ut hæc scriberes: debuisses in aliis rebus eloquentiam & ingenium ostentare.

VNice cognato. Ad. M. Vnicū: qui elegiacum carmen scribebat: & abstinebat heroico: ne æmul⁹ fratri uideretur: quæadmodum supra dixit de Turno i Memorem. Cognato sanguine: quia erat affinis. Propinqua: qui eadem studia amas quæ ego. Lesbia: amica Catulli. Te posset amare: adeo eleganter scribis. Zephyri: fauor ingenii. Dare uela: scribere graue carmen: tractū a nauigantibus. Habes fratris: & i hoc fratris officiū demonstras: quoniam non uis certare cum posses.

HAedīa: Pellicea ueste utebant⁹ olim quā scorteam uocabant: ut dicit⁹ in distichis: Phœbus nuper caput texerat i dumento corii: quidam iocans dixit eum habere caput calceatū: quod urbaniter & uere dictum poeta laudat. Nuda tempora: nam hic carens pilis: pellem hædi apposuerat: ut ita caluam tegeret & ostentaret pilos.

Vendunt: Gallus & Luperc⁹ mali poetæ insani habebant: tā malorū carminū emptores inueniebant iā sanos & prudentes esse dicit qui sciāt uendere mala carmina. **D**ifficilis: In uariū amicū cui⁹ moribus mō alienabat: modo alliciebatur. Tecum: propter acerbiteratem. Sine te: propter iucunditatem.

Legisti nimium sabelle uersus:

Quales nec didimi sciunt puellæ

Nec molles elephantidos libelli.

Sunt illic ueneris nouem figuræ

Quales perditus audiat fututor.

Præstent & taceant quid exoleti

Quo symplegmate quinque copulentur

Qua plures teneantur a catæna.

Extinctam liceat quid ad lucernam.

Tanti non erat esse te desertum.

Ad Vnicum.

Vnice cognato iunctum mihi sanguine nomen

Quique gerit studiis corda propinqua meis:

Carmina cum facias soli cedentia fratri

Pectore non minor es: sed pietate prior.

Lesbia cum tenero te posset amare Catullo

Te post nasonem blanda Corynna sequi.

Nec deerant zephyri: si te dare uela iuuabit

Sed tu littus amas: hoc quoque fratris habes:

Ad Phœbum.

Hædina pelle tibi contegenti

Nude tempora: uerticemque caluæ

Festiuè tibi phœbe dixit ille

Qui dixit caput esse calciatum.

Ad Classicum.

Vendunt carmina: gallus & lupercus

Sanos classicæ nunc nega poetas.

In Habentem uarios mores.

Difficilis: facilis: iucundus: acerbus es idem

Nec tecum possunt uiuere: nec sine te.

Boletos: Ex stomacho scribit epigramma in captatorem: qui coenam dabat ut scriberet haeres q̄ coenam: & si lauta uideatur acerbissimam sibi esse scribit poeta: neq̄ tangi a se: sed malle inuitari ad tenuem coenam: quā possit reddere. ¶ Si tanquā uilia: si lege & non sic ut mendosi habent codices: tanquā uilia: idest tanquā paruifaciens ea. ¶ Mea uota. i. me capi iis cibis. ¶ Volo: gustabo. ¶ Vale: non coenabo tecum. ¶ Protinus imo nihil. i. cum primum fuerimus coenati: nihil erit: nam gulæ uoluptas statim finitur: prætere

In Lautum Inuitatorem.

Boletos & aprum si tanquam uilia ponis
Et non esse putas hæc mea uota: uolo
Si fortunatum fieri me credis: & hæres
Vis scribi propter quinque lucrina: uale.
Lauta tamē cœna est: fateor lautissima: sed cras
Nil erit immo hodie protinus immo nihil:
Quod sciat infœlix damnatæ spongia uirgæ:
Vel quicumque canis: iunctaque testa uiæ:
Mulorum leporūque & suminis exitus hic est:
Sulphureusque color: carnificesque pedes.
Non albana mihi sit comessatio tanti:
Nec capitolinæ pontificumque dapes.
Imputet ipse deus nectar mihi: fiet acetum
Et uaticani perfida uappa cadi.
Conuiuas alios cœnarum quare magister:
Quos capiant mensæ regna superba tuæ.
Me meus ad subitas inuitet amicus ofellas
Hæc mihi quam possum redere cœna placet.

Ad Pædagogum.

Crinitæ line pædagoge turbæ:
Rerum quem dominum uocat suarum:
Et credit cui postumilla diues
Gemmas: aurea: uina: concubinas.
Sic te perpetua fide probatum

pitolio epulabant. ¶ Dapes pōtificum: lautiores & luxuriosæ erant: hæ dicebatur adipales: ut alii scribunt adiciales Festus: & Pli. auctores uide Macrobiū de cœna Metelli pōtificis quā lauta fuit. ¶ Ipse deus: uel Iuppit̄ uel imperator. ¶ Imputet: si laudat & magnificat. ¶ Vappa: significat fæcem uini: ut Probo placet: ut alii scribunt uilius uinum est. ¶ Perfida. idest uenenata. Magister structor cœnarum. ¶ Superba: foelicia & magnifica.

Capiant: denunciant & delectent. ¶ Subitas: ad imperatos cibos.
Crinitæ. Linus pædagog⁹ libertus postumillæ tantæ erat apd̄ patronam gratiæ: ut ei cōmitterent gemmæ: concubini: totum penu: poeta nunc geminos poscit cum uideat uelle petere pueros geminos: petit uniones. Acumen poetæ ex eo est q̄ ad exitum usque epigram matis habet lectorem suspensum: quasi petiturus sit concubinos: quum tandem petat uniones. ¶ Turbæ crinitæ: puerorum crinitorum.

rea ea tota cōuerteret in emissionem uentris: quæ a cane labetur: aut in lotium uersa fundetur in testâ pximâ uiæ: qd̄q̄ grauius est hoc unum in cœna lautissima mact: ut sulphureo colore simus: & podagrosi. ¶ Spongia: & ad mensas tergendas utebant: & ad uasa demissione uetris polluta: ea dicebat spongia dānata: dānata enim in strumētū dicim⁹ turpib⁹ ministeriis dicata. ¶ Infœlix spōgia: dicata tā uili mīsterio. ¶ Sciat: sciat abstergendo. ¶ Dānatæ uirgæ: nā spōgia uirgæ alligabat. ¶ Nec q̄cūq̄ cāis. i. quid erit mihi cœna: quā paulo post in sterco emissam canis labet. Verecunde se ex ea cœna nihil habiturū significat: dū uult ostendere se puifacere. ¶ Testæ: uis: pximæ erant in quas prætereuntes meiebant. Titius in oratione qua legē fanniam suastit: Dum eunt nulla est ī angiporto amphora: quā non impleat quippe: qui uesticam plenā uini habent. ¶ Pedes carnifices: podagrosi. ¶ Albana: epulum in albano instituerat Domitianus. i. non tanti facerem epulum albanū ut uellē pati hæc. ¶ Nec capitolini: intelligit de vii. uiris epulonibus qui in ca-